D. IOH. GEORGII GMELIN

FLORA SIBIRICA

SIVE

HISTORIA PLANTARVM SIBIRIAE

TOMVS IV.

CONTINENS

TABVLAS AERI INCISAS LXXXIII.

EX RECENSIONE

D. SAMVEL GOTTL. GMELIN.

Academ. Scient. Petropol. Membr. Ord.




PETROPOLI

EX TYPOGRAPHIA ACADEMIAE SCIENTIARVM

MDCCLXIX.

Pour Monsieur le Chevalier de Linné
de la part de son très-humble et très-obeïssant serviteur
S. G. Gmelin.





PRAEFATIO.

Quartus tibi, Lector, Florae Sibiricae exhibetur Tomus, plantas Leguminosas, Oligantheras, Diplosantheras, et Polyantheras comprehendens. Plurima, quae ad eum spectabant, Petropoli adhuc collecta atque elaborata, ad vmbilicum penitus hac in vrbe iis cum horis perduxi, quas propriae itinerariae obseruationes elapsa hieme vacuas relinquebant. Eandem vbiuis methodum secutus sum, quae tertii elaborati voluminis norma erat, omnes B. Auctoris peruoluendo codices manuscriptos, eosdemque cum *Stellerianis* conferendo, sicco illius horto in auxilium nunquam non vocato. Aequitas iudicet, quid praestiterim: hallucinationes, quas forte commisi, corrigat humanitas. Laureolam nullam quaero.

Vegetabilia Cryptanthera, quae Sibiria alit, restant mihi dicenda, Fungorum et Lichenum ra-

tione

tione omnino copiosa. Destinaui illis quintum et vltimum Tomum, cui adpendicis loco, tanquam singulare omnis Florae Sibiricae ornamentum omnia adiungere iuuabit, quae de reliqua Sibiricae historia naturali memorabilia sunt, fluuiorum, cryptarum, montium cet. historiam. Animalia tamen alibi recensebuntur. Ita enim videor mihi de manibus B. patrui sociique ipsius, Optimi *Stelleri*, non inconcinna ratione mereri.

Interim his vtere, Lector, si placebit, atque certo certius tibi persuade, haud contemnendis scientiam naturalem additamentis per Obseruationes ditiorem futuram fore, in itinere, quo nunc totus occupor, orientali, cum industria et accuratione instituendas, et publici Iuris omnino faciendas, si supremo rerum humanarum Arbitro clementissime visum fuerit perpegrinantem sanum seruandi, et peregrinatione finita eandem sanitatem ipsi largiendi.

Scripsi in vrbe *Voronez* ad fluuium *Tanain* Die XXX. Mart. A. R. S. MDCCLXIX.



FLORAE SIBIRICAE
CLASSIS XV.
LEGVMINOSAE.

I.

LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis ſimpliciſſimis; foliolis lanceolatis, LIN. *h. cl.* 367. *Sp. pl.* 2. *p.* 1033. *n.* 16. ROY. *lugd.* 364.

Lathyrus luteus ſylueſtris dumetorum, BAVH. *hiſt.* 2. *p.* 304. *t.* 304.

Lathyrus ſilueſtris luteus folio viciae, BAVH. *pin. p.* 96.

Lathyrus foliis binatis, acutis, caule non ramoſo, HALL. *Helu.* 597. *n.* 10.

In omni Sibiria obuia eſt, frequenter inter *Mangaſeam* et *Ieniſeam* vrbem praecipue occurens. Modo tota glabra eſt, modo caneſcit, non foliis tantum, ſed et extremo caule. Radix longe in terra ſerpit.

2. *LATHYRVS* pedunculis multifloris; cirrhis diphyllis ſimpliciſſimis, foliolis oualibus, internodiis nudis LIN. *Hort. cl.* 367. *Sp. pl.* 2 *p.* 1033. *n.* 15. ROY. *lugd*, 264.

Lathyrus aruenſis repens tuberoſus, BAVH. *pin.* 364.

Lathyrus foliis binatis ovatis, radice glanduloſa HALL. *Helu.* 9. 569.

In campis inter *Schuſch* et *Iſchinim* amnem ſatis frequens eſt, nec reſpuit ſuperiores *Ieniſeae* fluuii agros, a ſyluis non procul remotos, et terra pingui gaudentes. Flores ſaepe gerit perquam ſpecioſos, tum autem vltra tres aut quatuor pedunculo adpenſos non video. Tatari radices Tſchina appellant, et in penum annuum effodiunt.

3. *LATHYRVS* pedunculis multifloris, cirrhis polyphyllis, ſtipulis lanceolatis LIN. *Hor. cl.* 368. *Sp. pl.* 2 *p.* 1034. *n.* 20 ROY. *lugd.* 364.

Vicia Lathyroides ſ. lathyrus viciae formis. PLVK. *alm.* 387 *ſ.* 71 *f.* 2.

Lathyrus peregrinus foliis viciae, flore ſubcaeruleo pallidoue purpuraſcente flore BAVH. *pin* 344.

Lathy-

Lathyrus paluſtris flore Orobi nemorenſis verni RVPP. *Ien.* 260.

Idem foliis amplioribus, floribusque maioribus.

In omni *Sibiria* occurrit var. 1. in vicinia Monaſterii *Dolmatowenſis* legitur.

4. *LATHYRVS* pedunculis multifloris, cirrhis heterophyllis, foliolis ouatis, ſtipulis maximis. Tab. I.

Vicia lathyroides piſi facie, GM. *Irc.* 589.

Clymenum latifolium piſi faciei, GM. *Len.* 425.

Lathyrus pedunculis multifloris, cirrhis polyphyllis, ſtipulis ouatis, baſi acutis, LIN. *Hort. Vps.* 217. *Sp. pl.* 2. *p.* 1034. *n* 21.

Vicia pedunculis multifloris, foliolis ovatis ſtipulis maximis, HALL. *Hort. goett.* 295 denominatio *cl.* MARTINI.

Graphice, vt ſemper ſolet, hanc ſpeciem cel. von LINNE. *l. c.* deſcripſit. Addere viſa ſunt ſequentia cum bona icone, quae hactenus non exiſtit. Radix tenuis, transuerſim repens, lignoſa, albens; paucis craſſiuſculis fibris ſtipata. Petioli hexaphylli, et plus; non infrequenter tamen coniugationes foliorum binae tantum ſunt. Flores in faſtigio pedunculorum palmarium et ſemipedalium, ex alis foliorum ſuperiorum ſingulatim egredientium, ſpicae habitioris in modum

diſpoſiiti

diſpoſiti; quarum ſingula e floribus componitur, a ſex ad quindecim, breuibus pedicellis, rubentibus et incuruis ſuſtentatis. Calyx e violaceo rubet, interdum quoque albet, laciniis quinque viridibus, verſus margines aliquantum hirſutis, tribus carinae adpoſitis, reliquis ad vexillum longioribus. Vexillum meis in ſpeciminibus amplum cum Alis. Carina omnino piſi, apice luteſcens. Omnis corolla ſpecioſa, purpurea, venis albis picta. Aetate color in liuidum vergit; ſiliquae Orobi, turgidulae, anguſtae, ſplendentes, coloris fuſci. Semina rotunda, e viridi et ſpadiceo colore varia.

In omni *Sibiria* occurrit.

5. *LATHYRVS* pedunculis paucifloris, floribus laxis, ſtipulis magnis, foliolis ouatis.

Cum priore adeo coincidit, habitu, et forma vt pro varietate haberem, ni differentias ſequentes conſtantes obſeruaſſem. Humilior eſt, et pedunculi vltra quatuor flores non producunt, hi autem ſunt ampliſſimi, caerulei coloris. Leuiter quoque planta pubeſcit, excepta tantum ſuperiori foliorum parte nuda. Stipulae integrae, triangulae ſagittatae. Petioli ad minimum ſemper hexaphylli, foliolis modo latioribus, modo anguſtioribus, ſemper tamen ouatis.

Naſcitur ab *Aldano* fluuio in *Catmſchatcam* usque.

6. *VICIA* leguminibus pedicellatis ſubquaternis erectis, foliolis ouatis integerrimis; exterioribus decreſcentibus, LIN. *Sp. pl.* 2, *p.* 1038. *n.* 15.

vicia

Vicia ſepium folio rotundiore acuto, BAVH. *pin.* 345.

Vicia ſiliquis erectis, foliis exouatis, obtuſe decreſcentibus. HALL. *Helu.* 599.

Vicia lathyroides, viciae multiflorae folio, floribus paucis in foliorum alis fere ſeſſilibus. GM. *Ind. Ien. no.* 1068.

In omni *Sibiria* naſcitur.

7. *VICIA* pedunculis multifloris, floribus imbricatis, foliolis lanceolatis pubeſcentibus, ſtipulis integris, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1053. *n.* 5.

Vicia ſilueſtris ſpicata, BAVH. *pin.* 345.

Vicia foliis linearibus hirſutis, ſiliquis ſubhirſutis, racematim pendulis. HALL. 8. *p.* 600.

Vicia flore pallido, exiguis hirſutis foliis: Vicia ſegetum ſingularibus ſiliquis glabris GM. *Ind. Len.*

In omni *Sibiria* occurit, foliorum latitudine varians, pubeſcens modo, modo glabra.

8. *VICIA* pedunculis multifloris, foliolis reflexis ouatis, mucronatis, ſtipulis ſubdentatis LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1035. *n.* 2.

Vicia ſyluatica maxima, piſo ſylueſtri ſimilis, BAVH. *Hiſt.* 2. *p.* 315.

Vicia maxima dumetorum, BAVH. *pin.* 345.

Vicia foliis exouatis obtuſe decreſcentibus, ſiliquis racematim pendulis HALL. *Helu.* 699.

In omni *Sibiria* occurit.

9. *VICIA* pedunculis multifloris, petiolis ſulcatis, ſubdodecaphyllis, foliolis lanceolatis glabris, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1036. *n.* 8. *Tab. II.*

An vicia ſyluatica multiflora maxima ROY. *Syn III* 322? GM. *Ien.* 1084.

Vicia pedunculis multifloris, petiolis polyphyllis, foliolis ſublanceolatis glabris LIN. *Hort. Vps. p.* 219. *n.* 6.

Non habeo fere, quod LINNEANAE deſcriptioni addam, in horto Vpſalienſi exhibitae, e qua quam maxime eluceſcit adfinitas plantae huius cum V. *Syluatica* et V. Cracca communis. A poſteriori equidem vix diſtingui poteſt; quin quod putem, meram illius varietatem eſſe, in locis montoſis enatam; PATRVVS enim adnotauit, non inueniſſe ſe illam, niſi in hiſce. Folia plus minusue lata ſunt, dura, elliptica, glabra, vel obtuſa, vel apiculo ſubincuruo emarginata, quod vltimum frequentius, ſtipulae maiores, quam in *cracca.* Siliquae adſcendentes.

A *Iaico* fluuio ad *Ieniſſeam* vsque occurrit.

10. *VICIA* pedunculis multifloris, floribus imbricatis, ſtipulis ſagittatis integris, foliis ouatis ſplendentibus.

Cum

Cum vicia ſcpium adfinis, ſed diſtinctiſſima, petioli cirrhoſi, cirrhis bifidis, foliorum paria ſex circiter, foliis ouatis, venoſis, duris, ſplendentibus, integerrimis, acuminatis; flores congeſti, legumina ſubpendula, caulis, tetrangulus, ſulcatus. Non niſi in *transbaicalenſibus* regionibus occurrit.

11. *VICIA* pedunculis vnifloris, floribus laxis, foliolis ouatis, infra glaucis T. III.

Vicia folio ſubrotundo breui, obuerſe mucronato, pediculo breui inſidente, flore viciae ſepium, ſ. dumetorum vulgaris, RAY, *ſyn. III.* 321.

Orobus ſyluaticus, foliis oblongis, glabris, T. I. R. H. STELL. *Irc.* 515.

Pedalis altitudinis planta multis ramis adſurgit. Caulis quadrangulus. Petioli cirrhoſi, polyphylli, cirrhi vel ſimplices vel bifidi. Folia ex ouato-oblonga, breui pediculo inſidentia, vtrinque acuminata, glabra infra glauca, paribus vel tribus vel quatuor, ſtipulae lanceolato-ſetaceae. Flores plerumque ſolitarii, ſparſi. Vexillum caeruleum, alae coloris eiusdem. Carina rubicunda.

In omni *Sibiria* occurit.

12. *VICIA* pedunculis multifloris, foliolis oualibus ſtipulis denticulatis, LIN. *Sp. pl.* 2 *p.* 1035. *n.* 3.

Vicia multiflora maxima perennis, tetro odore, floribus albentibus; lineis caeruleis notatis, PLVK. *Alm.* 387. T. 71. *f.* 1. *bene.*

 In

In omni *Sibiria* occurrit.

13. *ERVVM* pedunculis multifloris, ſeminibus globoſis, binis. LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1039. *n.* 3.

Vicia ſegetum cum ſiliquis plurimis hirſutis, BAVH. *Pin.* 345.

Cicer pedunculis multifloris, ſeminibus globoſis, LIN. *fl. ſuec.* 607. ROY. *lugd.* 389.

Vicia ſiliquis hirſutis pendulis diſpermis, HALL. *Hell.* 601. 10.

In regione vrbis *Werchoturiae* collecta planta eſt.

14. *ERVVM* pedunculis vnifloris, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1040. *n.* 5.

Lens monanthos. HERM. *lugd.* 360.

Cum priore paſſim occurrit.

15. *OROBVS* foliis coniugatis ſubſeſſilibus, ſtipulis dentatis, LIN. *Hort. vps.* 220. *Sp. pl.* 2. 1027. *n.* 1.

Lathyroides erecta, folio ouato acuminato, caeruleis viciae floribus et ſiliquis, Sibirica. MESS. AMM. *Ruth.* 151.

Orobus Herbaceus, caule ramoſo, foliis binis ouatis. GM. *mſt.*

Primus hanc plantam MESSERSCHMIDIVS in ſterilibus omnis *Sibiriae* locis florentem inuenit, eius characterem dedit Iconemque in opere AMMANNIA-

NO

NO extantem. Patruus poſtea eandem in pinetis *Nertſchienſibus* et campis *Argunenſibus* deprehendit. Seminibus, huc miſſis, in horto Academico viget. Calicem habet tubulatum, breuem, aliquanto compreſſum, quinquedentatum, denticulis duobus, vexillo reſpondentibus, breuioribus. Hoc emarginatum eſt, alae breuiores, poſterius cum carina, quae breuiſſima, vngue bifida et crenata cohaerentes. Germen inferius breuiſſimum, tum latius et compreſſum, ſtylus ſubulatus, ſtigma obtuſum, vndique barbatum.

Magnitudo pedalis et vltra.

16. *OROBVS* foliis pinnatis ouatis, ſtipulis ſemiſagittatis integerrimis, caule ſimplici LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1028. *n.* 4.

Orobus ſiluaticus purpureus vernus, BAVH. *pin.* 351.

Orobus caule ſimpliciſſimo, foliolis plurimis ouatis acutis. LIN. *h. cl.* 266. ROY. *prod.* 366. *Hall. Helu.* 62.

In omni *Sibiria* naſcitur.

17. *OROBVS* foliis pinnatis ouato - lanceolatis, ſtipulis triangulis, caule ramoſo herbaceo. T. IV.

? *Orobus foliis pinnatis ouato - oblongis ſtipulis rotundato - lunatis, dentatis caule ſimplici.* LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1028. *n.* 4.

Dubitanter valde ſynonymon LINNAEANVM adpono, cum planta hic propoſita, differre nimium

videatur. Radix tuberoſa eſt et nodoſa, fere lignea intus luteſcens, longiſſimas fibras in imum mittens. Caulis bicubitalis, unus vel duo, admodum ramoſus, ad principium albens, tum paſſim viridis, paſſimque e violaceo rubens, per dodrantale circiter ſpatium nudus, vel rudimentis tantum foliorum veſtitus, craſſus, ſucculentus, poſtea folioſus, foliis pinnatis paribus, quatuor vel quinque ſaepe alternis, ſaepe impari terminatis, inferioribus palmaribus, ſuperioribus ſemipedalibus, ſupra laete viridibus, infra glaucis; omnibus mucronatis. Stipulae fere triangulae, ambitu criſpae, integrae. Pedunculi in faſtigio ramorum axillarium, qui flores gerunt numeroſos, magnos, pedicellis, leuiter incuruis, inſidentes, in principio pallidiſſime, poſtea ſaturatius luteos, vltimo fere aurantios. Calyx pallide viridis, in quinque lacinias breuiſſimas diuiſus.

Ab *Obo* fluuio ad *Ieniſeam* vsque et ad omnes fluuios in ſuperiori regione in *Ieniſeam* et *Obum* influentes, ſub finem Maii floret.

18. *OROBVS* (anguſtifolius) foliis biiugis enſiformibus, ſtipulis ſubulatis, caule ſimplici, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1028. *n.* 6. Tab. V.

Orobus anguſtifolius, flore vario, Italicus. Q. R. H. GM. *Len.* 386. *Irc* 590.

Orobus foliis imis ouatis, ſupernis ellipticis acutis, caule ſimplici herbaceo, HALL. *Helu.* 603.

Vero-

Verofimillimum eft, citata innuere LINNAEVM definitione plantam, quam propono; vt autem omne abfcindatur dubium, Iconem addo, de qua vero moneo, exaratam fuiffe ad fpecimen inter chartam bibulam exficcatum.

Fateor ignorare me quomodo fe habeat radix? lubenter alias fynonymon facerem: Orobi fylueftris anguftifolii, afphodeli radice, BAVH. PIN, 351. v. Huius autem generis effe, non tantum fumma adfinitas, quam cum orobo tuberofo noftra planta habet, fed praeterea foliorum conformatio et inflorefcentia abunde docent. Folia biiuga funt. enfiformia, absque cirrho, modo anguftiffima, vt linearia diceres, modo latiora elliptica, vnde mihi fufpicio nata, Perill: HALLERVM *l. c.* eandem plantam intellexiffe; omnia funt avenia, acuminata, vel abrupte vel cum impari pinnata, ftipulis ad exortum fubulatis.

Racemi terminales, floribus rarioribus purpureis: Luteos cel. LINNAEVS dicit, quae varietas facile in horto excrefcere potuit.

In fuperiori regione ad fluuium *Lenam* PATRVVS inuenit

19. *ROBINIA* foliolis quaternatis, fubpetiolatis hirfutis, paribus remotis.

Afphalatus frutefcens latifolius tomentofus et incanus, filiqua inflata, AMM. RVTH. 284.

Caulis

Caulis ramofiffimus. Folia vt plurimum quaterna, fubtus tomentofa, mucronata. Flores axillares, filiquae inflatae.

Non nifi in fuperiore regione fluuii *Irtis* occurrit.

20. *ROBINIA* foliolis quaternatis fubpetiolatis glabris, paribus coniunctis.

Afphalatus frutefcens latifolius maior, cortice aureo, AMM. *Ruth.* 283.

Robinia pedunculis fimpliciffimis, foliolis quaternatis fubpetiolatis, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1044. *n.* 5.

Nafcitur ad omnes fluuios in *Obi* fuperiori regione ex orientali ripa influuentes

21. *ROBINIA* pedunculis fimpliciffimis foliis quaternatis feffilibus, *LIN. Sp. pl.* 2. *p.* 1044. *n.* 6.

Afphalatus frutefcens minor anguftifolius, cortice aureo AMM. *Ruth.* 282. *t.* 35.

Nihil plane habeo addenda defcriptioni, quae in libro *AMMANNIANO* extat, nifi id, quod ab *Ienifea* vsque in *tranfbaicalenfes* regiones iis in locis frequentisfima nafcatur, quae non vltra quinquagefimum tertium gradum latitudinis extenduntur. *STELLERVS*, eandem in Flora *Ircutienfi* fub nomine: Genifta fpartium glabrum cortice aureo, aculeis tridentatis, foliis fenis, in aciculam definentibus, n. 1135 propofuit.

22.

22. *ROBINIA* pedunculis ſimplicibus, foliis abrupte pinnatis, LIN. *Sp. pl.* 2. p. 1044. *n.* 4.

Caragana *vel carachana* MESS. GM. *Ind. Ird.* ROY *lugd.* 537.

Pſeudoacacia lutea non ſpinoſa, floribus in ſingularibus pediculis per faſciculos exeuntibus. Ind. Irc. n. 585. *Ien.* 1076.

Arbor hic locorum kiſyl dicta, STELL. *Irc.* 1134.

Aſphalatus fruteſcens pinnis foliorum crebrioribus oblongis, AMM. *Ruth.* 283.

Ab *Obo* fluuio ad *Tomum* vsque, vt et ad *Ieniſeam* in ſuperiori eius regione, nec non ad *Ircutum* fluuium, parce quamuis, occurrit.

23. *CYTISVS* calycibus hirſutis ſubſeſſilibus, pedunculis ſimplicibus, breuiſſimis LIN. H. *Cliff.* 355. ROY. *lugd.* 370. T. VI. 2.

Caragana Sibirica. STELLER. *ind. Anno* MDCCXXXVIII. *n.* 97.

Frutex flore geniſtae inſtar, folio trifolii ſed pinguiori ACT. NAT. CVR. *Vol. III. p.* 256. *n.* 25.

Cytiſus pedunculis ſimplicibus lateralibus, calycibus hirſutis trifidis, ventricoſo-oblongis LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1042. *n.* 5.

In omni *Iſetenſi* prouincia a *Iaico* ad *Irtim* vsque naſcitur.

24. *CYTISVS* floribus in capitulum congeſtis, GERB. *Tan.* 114.

? *Cytiſus* floribus vmbellatis terminalibus, caulibus erectis, foliis lanceolatis LIN. *Sp. pl.* 2. *n.* 5. *p.* 1042.

Potuiſſem alia occaſione, tum ſcilicet, quando, volente Deo, proprii itineris reddenda olim ratio erit, hanc recenſere plantam, ſed quemadmodum B. PATRVO placuit Tomo Florae *Sibiricae* primo et ſecundo GERBERIANAS immiſcere plantas ad *Tanaim* collectas, quoque in tertio edendo idem obſeruaui, ita a recepto nunc recedere more nolui.

Prodeat ergo Cytiſi huius deſcriptio, elapſa aeſtate concinnata.

Radix lignoſa eſt, perennis, vix fibroſa, caulis perennis, cortice viridi, ſupra fuſco, obſolete pubeſcens, rectus, aliquousque ſimplex, ſupra vel infra medietatem ramoſus, tuncque ad faſtigium ramoſiſſimus, ramis ex alis foliorum prodeuntibus, obſolete viridibus, ſubhirſutis.

Folia ab imo ad ſummum, tam in caule, quam in ramis, terna, copioſa, tomentoſa, aut lanceolata, aut oblonga, et verticaliter oualia, ſpina breuiſſima terminata, petiolo piloſo ſuſtenta. Saepe et alis foliorum, tam caules, quam ramos veſtientium, vnum aut duo minora folia, petiolis breuioribus innaſcuntur.

Plantae iunioris rami plurima parte ſteriles ſunt, et in faſtigio tantum floriferi. In adulta omnes rami flori-

floriferi quadunt, floribus 4 ad 9. ſubſeſſilibus, vallo foliorum cinctis, flaueſcentibus.

Calix e luteo viridis ſtriatus, leuiter hirſutus, in hortenſi planta hiſpidus. Labium ſuperius bidentatum, inferius ſimplex, vel 2. aut 3 dentatum, vexillum amplum, cordatum, emarginatum, lateribus plerumque depreſſum. Alae vexillo dimidio breuiores margine criſpae, profunde emarginatae. Carina obtuſa, alarum circiter longitudine, aut paulo breuior, dipetala, vngues tenuiſſimi, Germen villoſum, ſtilus adſcendens, ſtigma bifidum, legumen compreſſum, acutum, hirſutiſſimum, villis cinereis, tectum, breuiſſime interdum inflexum.

Naſcitur in vaſtis *Voronezenſibus* et *Taurouienſibus* deſertis.

25. *GENISTA* foliis lanceolatis glabris, ramis teretibus, ſtriatis, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 998. *n.* 8. ROY. *lugd.* 351.

Nullam a geniſta tinctoria germanica differentiam video, niſi quod flores in ſummis ſaepe ramis congeſti ſint, cum in illa rarius diſpoſiti eſſe ſoleant.

In omni *Iſetenſi* prouincia ad *Irtim* vsque naſcitur.

26. *TRIFOLIVM* capitulis vmbellaribus, leguminibus tetraſpermis, caule repente LIN. *fl. ſuec.* 2. *n.* 665. *Sp. pl.* 2. *p.* 1080. *n.* 12.

In omni *Sibiria* occurrit.

27. *TRIFOLIVM* leguminibus polyſpermis, foliis pluribus. T. VI. I.

 Trifo-

Trifolium, quaternis, quinis aut ſenis, foliis anguſtiſſime ſerratis flore carneo GM. *ind. Ien. n.* 1059.

Trifolium, quaternis, quinis et ſenis foliis, anguſtiſſime ſerratis, purpureum ib n. 1060.

Trifolium quaternis, quinis et ſenis foliis, anguſtiſſime ſerratis purpureum minus, et polycephalon, ib. n. 1061.

? *An trifolium phaeum, fuſcum, luxurians, quaternis, quinis et ſenis foliis* GM. *Irt. n.* 571.

? *Trifolium montanum purpuraſcens, folio obtuſe crenato*, BAVH. *Pin.* 328 PR. 140. STELL. *Irc. n.* 637.

Lupinaſter, BVXB. COMM. PETR. *T. II. p.* 345. *T. XX.*

Lupinaſter floribus purpureis et albis, ſiliquis minoribus AMM. *Ruth.* 143. 144.

Trifolium capitulis dimidiatis foliis quinatis ſeſſilibus, leguminibus polyſpermis LIN. *Hort. Vps.* 261. *Sp. pl.* 2. 1079. *n.* 8.

Radix craſſiuſcula, intus alba, foris fuſca, aſphodeli radici non multum abſimilis, caules ex ea plures, ſeptem vel octo geniculis diſtincti, e quibus ſtipulae vaginantes prodeunt, foliola emittentes lanceolata ſerrulata, primordialia terna, ſequenti quina, rariſſime

riſſime ſena, magnitudine inaequalia, vigente planta vtrinque viridia, breui pediculo inſidentia.

Flores capitati terminales, nec infrequenter ad caules copioſi. Calicis tubus breuis, quinquedentatus, dentibus tribus inferioribus longitudine fere carinae, ſuperioribus breuioribus. Alae et carina infra cum filamentis nouemfidis coalitae, corolla perſiſtens, vel purpurea vel alba; legumen calice longius polyſpermum.

Capitula longe pedunculata ſunt, ſitus non nunquam, vt caulis in faſtigio praelongetur, atque capitulum protrudat maiori florum numero compoſitum.

In omnibus *Sibiriae* montoſis locis praeſertim in rupibus inter *Ieniſeam* et *Kraſnoiarium* vrbes, circa *Ircutiam* vsque ad mare orientale occurrit. AMMANNVS habet, e *Baskirorum* regionibus ab HEINZELMANNO adlatum quoque fuiſſe.

Sub initium menſis Iunii floret atque ſub medium Auguſti ſemina ſua perficit.

28. *TRIFOLIVM* ſpicis imbricatis ſub tribus, vexillis ſubulatis emarceſcentibus, calycibus nudis, caule erecto LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1078. *n.* 38.

Trifolium montanum album, BAVH. *pin.* 328.

Trifolium caule erecto, ſpicis albis, denſis breuibusque terminato, foliis neruoſis inferne ſubhirſutis HALL. *Helu.* 583.

In *Iſetenſi* prouincia paſſim prouenit.

29. *TRIFOLIVM* ſpicis ſubvilloſis, cinctis ſtipulis oppoſitis mambranaceis, corollis monopetalis LIN. *Sp. pl.* 2 *p*, 1082. *n.* 19.

Trifolium pratenſe purpureum BAVH. *pin.* 327. *Trifolium pratenſe purpureum*, *omn. ind. vt et purpureum hirſutum*, GM. *Irc.* 569.

Radix fibroſa, transuerſim repens, caules ex ea plures, ad exortum rubri, tumque e viridi et rubro variegati, piloſi, aliquantum procumbentes, extrema caulium foliolis duobus conſpicua, e vaginis prodeuntia, e quorum ſingulorum alis capitula ſingula laete purpurea eminent, ita plerumque diſpoſita, vt in vnum magnum caput coaleſcant.

In omni *Sibiria* frequentiſſimum eſt.

30 *TRIFOLIVM* Spicis ſubgloboſis, villoſis terminalibus, ſeſſilibus, caule erecto, foliis lanceolatis ſerrulatis. LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1082. *n.* 21.

In *Iſetenſi* prouincia abunde prouenit a *Iaico* ad *Irtim* vsque. forte etiam in *Obi* vsque regionem excurrit. STELLERVS ſub nomine: trifolium ſpica oblonga rubra, BAVH. *pin.* 328, quod ſynonymon Ill. v. LINNE varietatem trifolii rubri denotat, in indice Ann. MDCCXXXVIII. n. 50 recenſuit.

31. *TRIFOLIVM* leguminibus ſpicatis reniformibus, nudis, monoſpermis, caule procumbente. LIN. *H. cl.* 375. ROY. *lugd.* 380.

Trifo-

Trifolium pratenſe luteum capitulo breuiori. BAVH. *pin.* 328. *ſemine multo.* I. B. STELL. *Irc. n.* 539.

Melilotus capſulis reniſimilibus, in capitulum congeſtis, TOVRN. *I. R. H. S.* 13.

Medicago ſpicis oualibus, leguminibus reniformibus monoſpermis, caule procumbente. LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1097. *n.* 7.

In pratis ſiccioribus at ad vias, quibus itur ad *Kudinſki* ſloboda, circa initium Iulii floret.

32. *TRIFOLIVM* leguminibus racemoſis nudis diſpermis, rugoſis, acutis, caule erecto, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1078. *n.* 4. T. VII.

Melilotus officinarum germaniae, BAVH. *pin.* 331 *ind. Ien.* 1064. *floribus albis*, *ib.* 1065.

Melilotus odoratiſſima folio latiore, et flore pallidiſſimo, *Ind.* - *Ien.* 1063.

Melilotus anguſtifolia repens, folliculis rotundis. BAVH. *pin.* 331 ?. GM. *Ind. Irc.* 576.

Vulgatiſſima haec in omni *Sibiria* planta, quae quoque magna *Tulam* inter et *Woronez* obuia deſerta omnibus varietatibus ornat, Ruthenice донная трава dicitur.

Folia habet latiora modo, modo anguſtiora, longiora pariter et breuiora, acute dentata, ſpicae flori-

floriferae longiores et breuiores; eaedem et ſparſae, et in ſummis tantum caulibus congeſtae denſiores tenuioresque. Flores albi et lutei, ſuaueolentes, puſilli et maiores. Si lutei ſunt, baſin vexilli et alas paulo ſaturatiora deprehendo. Legumina ſemper minuta oblonga et rotunda, vnico ſemine foeta. Folia in quibusdam profunde, in aliis adeo obiter dentata, vt vix dentata dici mereantur.

33. *TRIGONELLA* leguminibus pedunculatis congeſtis pendulis, linearibus rectis, foliolis ſublanceolatis. LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1093. *n.* 1. Tab. VIII.

Medicago ſiliqua parum inflexa, GM. *Ind. Len.* 406.

Melilotus montana, *humilior*, *trifolia*, *ad caulem alata*, *lutea*, *ſiliqua modo recta*, *modo medicaginis inſtar falcata nigra*, *ſemine luteo*, MESSERSCHM. AMM. *Ruth. n.* 156.

Melilotus ſupina anguſtifolia Medicae facie, *ſiliqua compreſſa* AMM. *Ruth. n.* 159.

Vix dubito, plantam, quam propono, a Cel. v. LINNE loco allegato intellectam fuiſſe; videntur autem ad eam pertinere quoque ſynonyma ſequentia: Falcaria, RIVINI, Trifolium lupulinum alterum minus, RAI. hiſt. Geniſta humilior pannonica I. R. H. Pos.

Radix perennis eſt, et fibras longiſſimas in terram demittit. Caules ex ea ſurgunt plures, ad 20 obſole-

obſolete pubeſcentes, in quinque et plura genicula intumeſcentes, ſtipulis membranaceis duabus cincta, e quorum alis rami prodeunt. Folia ſaepe terna, lanceolata, extremitatem verſus leuiter ſerrata, ſubhirſuta. Flores racemoſi caules ramosque terminantes, adeo ſaepe denſi, vt capitati fiant, lutei, aetate ochroleuci, vexillo alisque amplis, carina breui. Calix quinquefidus, laciniis extremitate acutis, legumina congeſta, pendula, quatuor et quinque ſeminibus reniformibus foeta.

Trigonella Hort. Cliff. fateor, incognita mihi eſt, ſed e breui deſcriptione, quae in ſpeciebus plantarum extat, eluceſcit, quare hanc Sibiricam trigonellam cum illa coniunxerim. Linearia legumina non vidi, ſed ſemper latiora.

Prouenit in omni *Sibiria.*

34. *TRIGONELLA* leguminibus pedunculatis, congeſtis, pendulis, oualibus, compreſſis, caule diffuſo, ſoliolis ſubrotundis, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1093. *n.* 2. Tab. IX.

Trigonella foliolis ſubrotundis. GM. *mſ.*

Melilotus ſpica habitiori breuioreque, foliis et ſiliquis maioribus, Ind. Len. 405. *Ien.* 1062.

Melilotus ſupina latifolia, ſiliqua lata membranacea. AMM. *Ruth.* 158.

Quemadmodum prior, ita et haec in omni *Sibiria* naſcitur. Caules habet admodum ramoſos, foliolis ſtipatos, orbicularibus magis, quam oualibus, laete

viridibus circumcirca ferratis, petiolatis, petiolis ex alis ftipularum 2. membranacearum, faepe, et in primis fuperne dentatarum. Flores in faftigio caulium et ramorum, itidem racemofi, fed pauciores, odorati, intus flaui, externe et verfus radicem vexilli, quod reliqua petala amplitudine fuperat, lineis e fufco fpadiceis ftriati. Legumina vno latere recta, altero arcuata, compreffa.

Frequens in *Sibiria* eft, infra *olicmenfe* tamen non occurrit.

35. *HEDYSARVM*, foliis pinnatis, leguminibus articulatis, glabris, pendulis, caule erecto, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1056. *n.* 35. T. X.

Hedyfarum filiqua laeui compreffa, flore purpureo GM. *ind. Len.* 401.

Hedyfarum alpinum filiqua laeui, flore caeruleo, purpureo TOVRN? STELL. *Irc.* 531.

Hedyfarum filiqua laeui compreffa, flore purpureo, hirfutum, FM. *Ind. Ien.* 1073.

Hedyfarum foliis pinnatis, leguminibus articulatis, compreffis, glaberrimis, flore purpurafcente GM. *Mft.*

Hedyfarum faxatile, filiqua laeui, floribus purpureis inodorum, MESSERSCHM. AMM. *Ruth. n.* 152.

Hedyfarum faxatile, filiqua laeui, floribus albis inodorum, MESSERSCHM. AMM. *Ruth. n.* 153.

Hedy-

Hedyſarum alpinum, ſiliqua leui, BAVH. Sibirico omnino per-quam ſimile, ſed caule multo humiliore, ſpicisque arctioribus differt.

Altitudo noſtro eſt bicubitalis. Caulis leuiſſime hirſutus, per parum ſtriatus; folia, cum impari pinnata, paribus 7 vel 8, foliolis lanceolato-oblongis, mucronatis, breui petiolo innixis. Pedunculi inſignes axillares, verſus faſtigium in longam laxamque ſpicam diſpoſiti, floribus ad exortum fuſca membrana, ſtipulae ad inſtar cinctis, quemadmodum vaginarum membranacearum biga, ſingula in caule folia obuoluit. Calix rubens quinquefidus, laciniis inaequalibus, flores in faſtigio pedunculi, alterni remoti, vel purpurei, vel candidi. Legumina articulis quatuor, facile deciduis.

Creſcit ad *Mangaſeam* vrbem, atque, vt ex relationibus patet, abhinc ad mare vsque, et ſecundum littus maris, quod a *Ieniſea* fluuio verſus orientem protenditur. Amat lapidoſa loca, et arenam praecipue rubentem, vnde in occidentali *Ieniſeae* fluuii littore limoſo nunquam viſum eſſe dicunt. Samoedis mangaſeenſibus radix huius plantae ſub nomine Badüka et Badu nota eſt, quae vox ea lingua quamlibet radicem denotat, vnde Ruſſi ſub nomine Badui, mutuo acceperunt, Tunguſis ad inferiorem Tunguſcam Schenicta dicitur, omnibus vero recenſitis gentibus ibi commorantibus, inter cupedias habetur: recens proinde hoc hedyſarum conſeruant, et in ore maſticant, ſiccatum atque in puluerem redactum in pultem coquunt, et comedunt. I. G. GMELIN.

Ruthenis ob figuram leguminum копѣишникъ audit.

36. *HEDYSARVM* foliis pinnatis, pinnis linearibus, leguminibus articulatis, glabris, pendulis; floribus racemosis, ochroleucis, congestis. T. XI.

Hedysarum ochroleucum, siliqua laeui, radice eduli Ind. Irc. 482.

Multis videbor pro specie varietatem proponere, plantam praesentem recensiturus: tanta enim inter eam et priorem adfinitas est; vt ni vtramque toties examinassem, ipsemet coniunxissem.

Radix perennis, ad exortum, digiti minimi crassitie, tribus vel quatuor capitibus in terram demissis, quorum longissimum pedale est. Caules ex ea orientes duo vel tres subpubescentes, striati cubitales, in septem ad nouem genicula intumescentes, quorum singulis vagina membranacea adnascitur, caulem amplectens, infra longior, supra breuior, a tertio quartoue geniculo: folia e singulis singula exeunt, cum impari pinnata, coniugationibus octo et nouem, foliolis alternis et oppositis, saepe dentatis, subsessilibus, glabris, pallide viridibus, angustis. A sexto plerumque geniculo praeter folium etiam ramulus prodit striatus, caule tenuior, aphyllos, cui in extremo flores racematim congesti, semper ochroleuci, pendunculati adnectuntur.

Vexillum galeam refert posteriora versus productam, apice saturioris coloris est, alae longae sunt et latiusculae, carina ampla.

Calix

Calix breuiſſimus, pulchre ſtriatus, pallidus, in quinque lacinias breuiſſimas et inaequales ſuperne deſinens.

Legumina glabra, elliptica, articulorum trium vel quatuor, inferiori extremitate acutorum, maturitate rubentium. Singuli articuli ſemen includunt luteum, reniforme.

Radix huius plantae сардана Iacutico nomine dicitur, creſcitque ad *Ianam*, et *Indigircam*, *Iudomam* et *Ochotum* fluuios. Iacuti prope habitantes veſcuntur ea vel cruda, vel ſiccata, contuſa et lacti bullienti inſperſa, Iacutisque circa *Iacutiam* vrbem degentibus muneri mittunt. I. G. GMELIN.

37. *HEDYSARVM* foliis pinnatis, leguminibus articulatis lanatis, caule diffuſo. T. XII.

Galega floribus in ſpicam denſam congeſtis, GM. *Len.* 400.

Hedyſarum montanum, *flore albido*, *ſiliqua aſpera*, GM. *Ipn.* 1. 74.

Hedyſarum foliis pinnatis, *leguminibus articulatis*, *rugoſis*, GM. *mſ.*

Hedyſarum clipeatum, *flore ſuauiter rubente et albido*, STELL. *Irc.* 531. 532.

Radix perennis, recta in terram deſcendens, id quod in icone propter anguſtiam chartae aliter expreſſum eſt. Caules ex ea plures leuiſſime ſtriati, obſolete hirſuti, plus minus bipedales, emittentes petiolos folioſos, coniugationibus plerumque nouem, foliolis

 bre-

breuiſſimis, hirſutis pedicellis inſidentibus, infernis latiusculis et obtuſis, ſupernis anguſtioribus et acutis, ſupra viridibus, infra ab adhaerentibus pilis cineraſcentibus et hirſutis. Eiusdem generis folia etiam e radice ſingularibus petiolis exeunt. Vaginae membranaceae ad ſingulos pediculos rubentes, acute mucronatae ſaepiſſime quoque pediculos folioſos emittentes.

E ſuperioribus foliorum alis pedunculi exeunt, ſaepe pedales, quadrati, leuiter hirſuti, terminati denſa ſpica Florum e rubro purpuraſcentium. Flores vel ſeſſiles vel exiguis pedicellis innixi, rubicundisque lineis ſtriati, carina vexillo amplior eſt, ad apicem, flore praeſertim marceſcente, caeruleo, alae breues anguſtae, ſtriatae, ſtamina et piſtillum albentia, antherae flaueſcentes. Calix viridis, leuiter hirſutus, in quinque longas, anguſtas et acutas lacinias deſinens. Legumina quatuor vel quinque turgidis aſperiſque articulis compoſita.

Naſcitur in omnibus *Sibiriae* montoſis locis.

Variat flore magis aut minus purpureo et albido, foliis et caulibus magis aut minus glabris.

38. *HEDYSARVM* ſcapis radicatis T. XIII.

Hedyſarum villoſum, argenteum, non ramoſum floribus ſpicatis purpureo-violaceis. AMM. *Ruth.* 155.

Nihil habeo, quod AMMANNIANAE deſcriptioni addam, niſi bonae notae iconem atque monitum illud

illud, quod ſingularis haec hedyſari ſpecies foliis primo ſolitariis, oblonge oualibus, exeat, et poſtea demum pinnata nanciſcatur.

ad *Iaicum* fluuium frequens naſcitur.

39. *HEDYSARVM* foliis ternatis, oblongis acuminatis, floribus ſparſis.

Hedyſarum triphyllon; floſculis albis, polyanthos ſilicula laeui. AMM. *Ruth.* 154.

Caules procumbentes, fruticoſi, vndequaque emittentes petiolos, qui ſibi adnexa habent folia terna lanceolato - oblonga, pubeſcentia, integerrima, acuminata, medio maiore.

Ex eorum alis pedunculi per omnem caulem ſurgunt, breuiſſimi, floribus aliquot minutis onuſti, meis in ſiccatis ſpeciminibus flaueſcentes, papilionacei, facie reliquarum ſpecierum. Legumina obſolete lanata, folia primo ſolitaria exeunt, lanceolata.

In montoſis *Agae* amnis frequentiſſime naſcitur.

40 *HEDYSARVM* foliis pinnatis, leguminibus monoſpermis, aculeatis, corollarum alis calyce breuioribus, caule elongato LIN. *Sp. pl.* 2. *n.* 42. *p.* 1059.

Onobrychis folio viciae, fructu echinato maior, floribus dilute rubentibus BAVH. *pin.* 350.

I. idem flore albo.

In omni *Sibiria* naſcitur.

41.

41. *GLYCIRRHIZA* leguminibus glabris, ſtipulis nullis, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1064. *n.* 2.

Glycirrhiza ſiliquoſa et germanica BAVH. *pin.* 352.

A *Iaico* ad *Irtim* fluuium in campis copioſe prouenit.

42. *GLYCIRRHIZA*, leguminibus echinatis, foliis ſtipulatis, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1046. *n.* 1.

Glycirrhiza capite echinato BAVH. *pin.* 352.

Legumina hiſpida magis ſunt, quam echinata.

Haec ab *Irti* in transbaicalenſes vsque regiones vulgari frequentior eſt, et copioſiſſima in campis apricis. Aſtrachanenſis eadem eſt, ſed ſiliquas habet minores, inferiori parte glabras, ſuperiori echinatas ſiue muricatas.

Celeberrimus LERCHE in praeſtantiſſimis hiſtoriae ruthenicae collectionibus, quas illuſtri MVLLERO noſtro debemus, hac de planta ſequentia adnotauit.

Altitudine vlnam non multum ſuperat, caulem habet tenuem, nunquam ergo arboris ad inſtar creſcit, quemadmodum SCHOBERVS voluit, quam vero et ipſam nimis craſſam fecit, cum vix pollicem adaequet cum dimidio. Pergit ſolertiſſimus LERCHE, multa centum pud huius radicis quouis anno ad *Volgam* effodi, e quibus in pharmacopolio Aſtrachanenſi tanta ſucci

ei paretur copia, quanta pro omni imperio Ruthenico sufficiat.

43. *TRAGACANTHA* foliis ouatis.

Hac de planta fateor mihi non constare, inueni eam sub hoc nomine et sub alio: Emeri humillimi spinosi, in indice transbaicalensi, recensitam, sed in herbario PATRVI nullum de ea vestigium aderat, propono ergo eam aliis ad obseruandum.

44. *LOTVS* leguminibus binis, longissimis, erectis, floribus spicatis, foliis sericeis.

Lotus fruticosa longifolia, GM. *Ind. Ien. n.* 1067.

Radix perennis fibrosa, fibris transuersim in terra repentibus, folia quinqueloba, sericea, siliquae binae horizontaliter extantes nullo septo distinctae, sub articulatae, semina nigra, turgida, aliquantisper emarginata.

Nascitur in omni *Sibiria*, modo latitudo loci non excedat, quinquagesimum tertium gradum.

Not. Huius plantae varietas, nescio an species distincta in Camtschatca collecta est, priore multum ampliora legumina habens adscendentia, et foliola prorsus ouata, cum in priore elliptica sint, sed modus crescendi vnus est et idem.

45. *SOPHORA* foliis pinnatis, foliolis numerosis oblongis villosis, caule herbaceo, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 533. *n.* 1.

Eruum orientale, alopecuroides perenne, fructu longissimo, DILL. *Elth.* 156.

Glyzirrhiza siliquis nodosis, quasi articulatis, BVXB. *Cent.* 3. *p.* 15. *t.* 46.

In superiori regione fluuii Irtis sub nomine прyнeцъ cognita planta est.

46. *ANTHYLLIS* herbacea, foliis pinnatis, foliolis quinis aequalibus terminatrici maximo.

Vulneraria pentaphyllos. T. I. R. H. STELL. *Irc.* 513.

Distinctam, vt videtur, a reliquis speciem propono.

Perennis est, in arena procumbens, ad ostium *Buguldeichae* fluuii in lacum *Baikal* occurrens.

Radix calami olorini crassitie, folia pinnata, paribus octo ad decem, costae adnata, quinis semper ex vno centro prodeuntibus aequalibus, sericeis, oblongis acuminatis.

Flores in aliis albidi, in aliis ochroleuci, in capitulum valde crassum, idque globosum modo, modo ouatum dispositi. Vexillum alis paulo longius, lateribus reflexis. Carina longitudine alarum, legumen ex calice inflatum, petiolatum, semiouatum, pendulum, breue, glabrum, semina pauca, reniformia, vnum ad tria, fusca.

Iunio ad medium iulii floret, mense augusto semina maturant.

47. *ANTHYLLIS* herbacea, foliis pinnatis inaequalibus, capitulo duplicato. LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1012. *n.* 2. GER-

GERBERVS in ripa *Tanais* fluuii legit.

48. *PHACA* leguminibus pendulis, ſemiouatis. T. XIV.

Aſtragaloides elatior erecta, viciae foliis, floribus luteis, ſiliquis pendulis. AMM. *Ruth.* 148.

Aſtragaloides alpina hirſuta erecta, foliis viciae, floribus dilute purpureis. TILL. *hort. piſ. p.* 19. *t.* 14. *f.* 2.

Aſtragaloides caule erecto ramoſo, ſiliquis ſemioualibus, HALL. *Helu.* 569.

Phaca caulescens erecta glabra leguminibus oblongis, inflatis, ſubpiloſis, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1064 *n.* 2.

Quamuis vix dubitem ſynonyma hic excitata ad praeſentem plantam referenda eſſe, monere tamen in principio oportet, mea, quae vidi, ſpecimina hirſuta omnia eſſe, caulemque procumbentem habere, vt lubens putem, huc quoque facere nomina, *Moriſoniana*: *Aſtragalus luteus perennis, procumbens, vulgaris ſiue ſilueſtris*, et forte: *Aſtragalus luteus annuus, monſpeliacus, procumbens*; quiuis enim ſcit, differentias tales ſaepiſſime a loco prouenire, in quo planta creſcit.

Radix eſt ampliſſima, et vlnam facile longitudine ſuperat, ramoſa, foris fuſca, intus alba.

Caulis firmus procumbens, ramoſus, hirſutus, folia pinnata, paribus plerumque vndecim cum impari,

 foli-

foliolis alternis et oppoſitis, ouatis ſupra laeuibus, infra hirſutis, obtuſis, in ſpinulam terminatis. Stipulae duae ad exortum foliorum, ad angulum rectum cum caule diſpoſitae.

Pedunculi ex alis foliorum floriferi, foliis breviores, flores flaui, pedunculati, penduli, vexillum externe ad fiſſuram in medio purpuraſcens. Alae et carina vexillo paulo dilutiora. Perianthium tubulatum, lateribus parum reflexum, quinquedentatum ſupra late emarginatum.

Legumina cymbae ad inſtar inflata, pendula, pellucida.

Ab *Obo* fluuio ad *Angaram*, in *transbaicalenſes* regiones in campis paſſim occurrit, quin et a STELLERO inter *Iacutiam* et Ochotium vrbes collecta fuit.

Icon ſuperiorem caulis partem exhibet, hirſutie omiſſa.

49. *ASTRAGALVS* pedunculis folio multo longioribus, foliolis ouatis acutis, ſpicis florum arctiſſimis, leguminibus pendulis hirſutis.

Cum nulla deſcriptorum ſpecie exacte conuenit, magnam vtique cum n. 80 adfinitatem habens, in primis cum varietate ibi excitata, quoad folia et ſcapos radicatos, ſed leguminibus diſtincta, phacae ad inſtar factis, quare hic recenſetur.

Deprecor, lector, errores, ſi quos hoc in genere commiſſero. In tali enim, vbi tanta eſt hybrida-

rum

rum plantarum ſuſpicio, res profecto ardua eſt, ſpecies dignoſcendi.

Tota planta admodum hirſuta, ſcapus duorum pedum, anguloſus, hirſutiſſimus ſpica florum pyramidata ad 34 flores onuſta, quibus fit longiſſima. Calyx purpuraſcens, hirſutus, dentibus minimis. Corolla pallide purpurea, vexillo in medio violaceo, alae vexillo dimidio breuiores. Carina alis breuior. Bracteae minimae. Legumen erectum, ouatum, breue, inflatum, pilis nigricantibus hirſutum *vniloculare*, vt nec cutis replicatio adpareat, vlla; ſtylus perſiſtens. Semina pauca, duo vel tria reniformia.

50. *ASTRAGALVS* caulibus procumbentibus ramoſiſſimis, pedunculis folio longioribus, floribus racemoſis, laxis, leguminibus glabris T. XV.

Neſcio, an ad *auſtriacum* an ad *alpinum* referendus ſit? per omnes partes deſcribam, iconem inſuper addendo.

Radix ad dodrantem aut plus in terram deſcendit, foris ex fuſco-luteſcens, quaſi ſtriata, intus alba, leviſſime adſtringens, ad exortum digitum auricularem craſſa, perennis. Caules ex ea multi viginti et plures, procumbentes, ramoſiſſimi teretes, obſolete hirſuti, ſtriati, pedales, et cubitales. Stipulae oblongae, amplexantes. Folia ex iis pinnata, pinnis 10 ad 12 foliolis alternis et oppoſitis, plus minus pollicaribus, anguſtis, nec tamen linearibus, ex ouato-oblongis, viridibus. Pedunculi foliis paulo longiores. Caulis ad

 inſtar

inſtar ſubhirſuti. Spica florum breuis. Flores erecti, breuibus pediculis inſidentes, ex albo purpuraſcentes, bractea pediculo paulo longior. Calix paruus, ſordide viridis et purpuraſcens, ſupra late emarginatus, denticuli duo ſuperiores erecti, tres inferiores paulo longiores et erecto-patentes. Vexillum amplum ouatum, apice obtuſo emarginato, alae vexillo breuiores, carina minima, vtrisque macula violacea notatis, legumina erecta, triquetra, bilocularia, glabra, ſtyli apice reflexo, perſiſtente. Semina reniformia, parua, fuſca.

Icon caulem ſiſtit parte duarum circiter vnicarum vnacum folio reſecta.

A eſt radix cum principo caulium ex ea ſurgentium.

A *Iaico* ad *Ieniſeam* vsque paſſim prouenit.

51. *ASTRAGALVS* caulibus erectis ramoſiſſimis, pedunculis folio longioribus, foliolis quinis, floribus laxe ſpicatis, leguminibus rotundis.

Aſtragalus fruteſcens valde ramoſus, floribus minoribus albis, vexilli et carinae oris caeruleſcentibus medicae folio, STELL. *Irc.* 561.

Planta facie meliloti. Radix dodrantem circiter longa, pollicaris, ſub lapidibus creſcens, lignoſa. Caules ex ea plures, vsque ad 30 cubitales, ramoſiſſimi. Petioli ad caulem et ramos numeroſi, gerentes folia pinnata, paribus duobus cum impari, foliolis anguſtis, lanceolato-oblongis apice bifidis ſubpubeſcentibus

Flores

Flores meliloti ad inſtar in ſpicam congeſti, terminales, candidi, vexilli et carinae ora caerulea, ſaepe et dilute purpurea. Calix ſpartitus breuis, glaber. Legumina rotunda, vna parte gibba, altera concaua, minima obtuſa biualuia, ſingula valua, ſemen vnicum nigrum reniforme continente, filo placentae adfixo.

Curioſa haec planta ſub finem Iulii in montoſis, aſperis, praeruptis et calcareis locis ad *Buguldeiahae* fluuii oſtium, vt et in rupibus inſulae *Olchon* a STELLERO p. m. collecta eſt.

52. *ASTRAGALVS* cauleſcens erectus, leguminibus erectiuſculis, piloſis, ſubulatis, acumine erecto, LIN. *h. vps. p.* 226. T. XVI.

Aſtragalus kirgiſicus montanus, flore in capitulis ad foliorum alas cilyndricis, hirſutis, luteo, odoratus, MESS. AMM. *Ruth.*

Aſtragalus luteus humilior, villoſus, ſpica conglomerata. GM. *Ind. Ien.* 1093.

Aſtragalus cauleſcens, erectus, piloſus, floribus ſpicatis, leguminibus ſubulatis, piloſis, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1065. 4. *n.*

Radix tenuis parum fibroſa. Caules ex ea vel vnus vel plures, dondrantales et pedales, purpuraſcentes, admodum hirſuti. Folia pinnata, paribus ad 13. foliola oblonga, villoſa, ſtipulae longae, acuminatae, baſi dilatatae, pedunculi ex alis, foliis longiores, bracteae

bracteae ſubulatae. Flores capitato-ſpicati, pallide lutei, ad triginta horizontaliter patentes. Calyx hirſutiſſimus, tubuloſus, dentibus duobus ſuperioribus tribus inferioribus breuioribus. Vexillum longum, emarginatum; lateribus reflexis. Alae emarginatae. Carina alis breuior, roſtrata. Spica deflorata, quadriuncialis fit. Legumina erecta, oblonga, villoſa, per maturitatem fuſca, ſemina reniformia, pauca, nigra.

Annua vel biennis eſt, ſcilicet quando floruit, perit.

A *Iaico* vsque ad *Ieniſeam* nusquam non occurrit, frigidioris tamen climatis aliquanto impatiens.

Loca montoſa amat.

Icon plantam integram exhibet reſectis quibusdam foliis et ramis.

53. *ASTRAGALVS* cauleſcens erectiusculus, floribus ſpicatis, leguminibus erectiusculis nudis, tumidis, tereti depreſſis, mucrone reflexo, LIN. *h. vpſ.* 226. T. XVII. et. XVIII.

Planta iunior radicem tenuem habet, caulem magis erectum, multoque breuiorem, id quod obſeruandum, ne duae ſpecies absque neceſſitate fingantur.

Hortenſes quoque plantae erectae ſunt, et radice plerumque transuerſa gaudent.

Medio Iunii floret vsque ſub finem Iulii.

Amat loca prope aquas ſita.

T. XVII.

T. XVII. plantam repraeſentat iuniorem, floribus bene apertis: Annoſiorem T. XVIII. floribus clauſis, vti plerumque occurrit, ſed ſummam tantum illius partem.

54. *ASTRAGALVS* caulibus procumbentibus, pedunculis folio longioribus, ſpicis ouatis, glaberrimis, T. XIX.

Aſtragalus caulescens erecto patulus, foliolis oualibus, caulibus tumidiuſculis, leguminibus ſubrotuudis, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1067. *n.* 13.

Caulis nihil omnino, aut perparum purpuraſcit, et licet attente inſpicienti aliqua adpareat hirſuties, ea tamen perexigua eſt. Flexuoſus eſt, plus minuſue pedalis. Folia pinnata paribus ad ſummum tredecim, foliolis ouatis, alternis et oppoſitis, ſupra laete viridibus; infra piloſis, breui pedunculo ſuſtentatis, ſtipulae ad foliorum exortum binae, oblongae, acutae, marginibus albentes. Pedunculi incraſſati, foliis multo longiores, profunde ſtriati, palmares et minores, denſa florum ſpica terminati, flores lactei. Calyx pallide virens, lituris minimis, fuſcis quaſi, adſperſus, in quinque tenuiſſimos, pilos fere imitantes, longiuſculos apices deſinens. Vexillum leuiter emarginatum. Carina apice rubro. De fructo mihi non conſtat.

In regione *Kraſnoiarii* vrbis, in locis humilioribus naſcitur.

55. *ASTRAGALVS* floribus racemoſis, pedunculis folio longioribus, calycibus glabris.

Radix in exortu pollicis craſſitie, poſtea paulatim tenuior, caules multi, cubitales et bicubitales, diffuſi, teretes, virides, ab imo ad ſummum ramoſi, ramis parum a faſtigio caulis deficientibus. Folia pinnata paribus ſaepe 40 cum impari, foliolis linearibus, aut ouato oblongis, ſubito in mucronem terminatis, coſtae aliquousque praelongatae inſidentibus. Stipulae membranaceae, breues, triangulae. Pedunculi ſeſquilongitudine foliorum, ſulcati, teretes, tertiam extremam partem floribus onuſti, qui, ab initio erecti, euolutioni ad proximantes, paulatim inferiora verſus flexi, penitus euoluti, cauli fere adprimuntur. Petioli breviſſimi, incurui. Calyx viridis, paſſim dilute purpuraſcens, ſubhirſutus tubulatus et aliquantum compreſſus, breuis, quinque dentatus, duobus denticulis, latera vexilli reſpicientibus, breuioribus, reliquis gradatim ſed exigua cum differentia longioribus, corolla e viridi colore pallide luteſcens, vnguibus petalorum albentibus. Vexillum reliquis petalis parum longius, lateribus reflexis, emarginatum, obtuſum, carinatum. Alae oblongae vexillo vix breuiores. Carina longitudine alarum, haud emarginata, a baſi ad tres quartas partes, bifida, legumina pendula, recurua falcata.

In *Iſetenſi* prouincia paſſim naſcitur.

56. *ASTRAGALVS* cauleſcens erectus, floribus denſe ſpicatis, foliolis ouatis obtuſis, T. XX.

Aſtragalus purpureus onobrychidis facie, longa florum ſpica. GM. *Ind. Irc.* 599.

Aſtra-

Aſtragalus purpureus onobrychidis facie, tenerior et magis incana, GM. *Ind. Ien.*

Aſtragalus alpinus foliis viciae, ramoſus et procumbens, flore conglomerato, oblongo caeruleo, T. I. R. H. ? STELL. *Irc.* 550.

Radix multum fibroſa, caules ex ea plures, alti, erecti, (nam quod in icone procumbentes exhibeantur, propter chartae anguſtiam factum eſt) teretes, obſolete hirſuti. Folia pinnata paribus ſex vel ſeptem, cum impari, foliolis laete viridibus, vtrinque piloſis, obtuſis, et raro tantum emarginatis. Stipulae breues, mucronatae, aridae. E ſuperiorum ramorum cauliſque alis pedunculi nudi, ſtriati, quorum extremum ſpica occupat ſaepe triuncialis, floribus onuſta purpureo-caeruleis, vexillo amplo, in medio amplo, ſtriisque e violaceo - purpuraſcentibus picto, alis longis latiuſculis. Carina apice ſaturatiore, calyx hirſutus, in quinque rubentes apices ſuperius fiſſus.

In campis pinguibus ad *Angarum* et in *transbaicalenſibus* regionibus frequens eſt.

57. *ASTRAGALVS* caulibus ramoſis, ſpicis ouatis, ſpecioſis, laxis, floribus longiſſimis, foliis oblonge ellipticis, ſaepe acutis T. XXI.

Aſtragalus foliis viciae, ſubhirſutus, flore glomerato, purpuraſcente, GM. *Ind. Irc.* n. 600.

? *Aſtragalus anguſtifolius, caule erecto, ramoſo, ſpicis erectis, caulem terminantibus violaceis.* HALL. *Helu.* 567.

F 2 Radix

Radix perennis. Caulis erectus; in ſylueſtri procumbens, in hortenſi, ſubhirſutus, teres, ramoſus, ſtriatus, folia ad 14 pinnarum paria. Foliola ex ouato-oblonga, ſeſſilia, venoſa, ſupra viridia, glabra, infra pallidiora, pedunculi foliis longiores, ſtriati. Flores in ſpica denſa erecti, purpurei; bracteae calyce breuiores, calix oblongus, breuis, hirſutus, ſupra late emarginatus. Dentes breues aequales, vexillum longiſſimum apice obtuſo emarginato, alae minimae. Carina alis paulo longior. Corollae marceſcentes perſiſtunt. Legumina bilocularia, erecta, parua, hirſuta. Semina pauca reniformia, oliuacei coloris, punctulis nigris variegata.

Speciosiſſima haec planta ab *Ieniſea* ad *Irtim* vsque vt et in regione *Ircutiae* vrbis copioſe naſcitur.

58. *ASTRAGALVS* caulibus ramoſis, pedunculis longiſſimis, ſpicis ouatis, arctis, foliolis ouatis, obtuſis.

Aſtragalus foliis viciae anguſtioribus, flore candido. GM. *Ind. Len. n.* 408.

Ad *Lenam* fluuium, vt et ad *Ieniſeam* in *Camtſchatcam* vsque naſcitur, ſub menſem Maii florens.

Radices multae in vnum faſciculum collectae, caulis ex iis firmus, lignoſus, tenuis, leuiter ſulcatus, ad exortum rubens poſtea viridis, obſolete hirſutus. Folia pinnata, paribus decem vel duodecim: Foliolis ouatis, obtuſis, anguſtis, ſupra viridibus, auerſa parte viridibus. Ex alis foliorum pedunculi egrediuntur

tur bi - et triunciales, terminati ſpica vnciali. Vexillum admodum longum et anguſtum. Alae et carina oblonga. Legumina curta, hirſuta. Calyx hirſutus, cylindricus, albus, ſuperius in quinque lacinias oblongas, anguſtas, erectas, ſectus, cui ſingulo ſubeſt foliolum anguſtum, hirſutum.

59. *ASTRAGALVS* caulescens procumbens, floribus pendulis, racemoſis, leguminibus vtrinque acutis, piloſis, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1010. *n.* 25.

Aſtragalus alpinus minimus, LIN. *Fl. Lapp.* 267. *t.* 9. *f.* 1.

Aſtragalus caule ramoſo procumbente floribus ex albo et caeruleo variis, HALL. *Helu.* 568.

Aſtragalus tenerior exigua radice. Ind. Leu.

Ad Lenam fluuium et hinc ad mare orientale in *Camtſchatcam* vsque copioſe naſcitur.

60. *ASTRAGALVS* caulibus ramoſis, erectis, foliolis et floribus diſſitis T. XXII.

Aſtragalus purpureus, floribus et pennis foliorum raris GM. *Ind. Ien.* 1097.

Planta plus, quam pedalis. Caulis hinc inde tortus. Folia pinnata, rara, paribus tribus vel quatuor, impari claudente. Foliola ouato - lanceolata, petiolata, vtrinque glabra ſed ab adſperſo polline albentia, extremo obtuſa. Ex alterius folii ala ramus ſurgit paris cum

caule longitudinis, qui circa dimidium rurſus diuiditur, vno ramo longiore, folium ſuſtinente, altero breuiore, verſus extremitatem in duas partes ſubdiuiſo, quarum vna folium gerit, reliquis multo breuius, altera aliquot graciles breuiſſimasque ſpicas floriferas, non euolutas emittit. Caulis pariter ab eo loco dimidiam altitudinem nactus diuiditur, vno ramo folium ſuſtinente, altero verſus extremitatem quatuor vel quinque flores, longo interuallo a ſe diſtantes, magnos, purpureos.

De leguminibus non conſtat, quare et dubium eſſe poſſit, an haec planta huc omnino pertineat.

In regione vrbis Selengiae paſſim naſcitur.

61. ? *ASTRAGALVS* cauleſcens diffuſus, capitulis pedunculatis, imbricatis, ouatis, floribus erectis, leguminibus ouatis, calloſis. LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1069. *n.* 22. T. XXIII. A. B.

? *Glaux dioſcoridis*, CLVS. *Hiſt.* CCXLI.

An aſtragalus alpinus ſiliquis villoſis, glomeratis, I. R. H. GM. *Ind Len.* 412,

Aſtragalus albus humilis, ſpica glomerata, GM. *Ind. Len.* 413.

Aſtragalus hirſutus, minimis viciae foliis radice repente, ID *Ind. Irc.* 548.

Aſtragalus pratenſis procumbens, viciae foliis, flore caeruleo, STELL *Irc.* 548.

Aſtragalus alpinus, ſiliquis villoſis glomeratis, *ib. n.* 545.

Idem floribus albis.

Radix

Radix longiſſima non raro in dua brachia diuiſa, fibrisque craſſiuſculis aucta, extus dilute fuſca, intus alba. Folia ad caulem multa, pinnata, paribus decem, vel duodecim, cum impari; foliolis tenellis rotundis, adultis oblongis, paruis, ſupra obſcure viridibus, infra piloſis, pubeſcentia tamen aetate fere euaneſcente. Stipulae oblongae minimae. Pedunculi vel ex ſummis foliorum alis, tumque folio ſaepe breuiores, vel ex alis inferioribus, tumque folio plerumque longiores, anguloſi, piloſi, ferentes in faſtigio ſpicam floriferam globoſe conglomeratam, floribus oblongis, maiuſculis, vel caeruleſcentibus, vel candidis, vexillo ampliſſimo, alis oblongis, admodum latis, carina roſtrata, e duplici verſus roſtrum macula violacea picta; diducto flore conſpicua. Calyx e viridi albeſcens, quinquefidus; ſingulis diuiſuris in radios hirſutos deſinentibus. Legumina quadrangularia, vtrinque acuminata, breuia, cinerea, hirſuta, bifariam diuiſa, fuſcis ſeminibus foeta, reniformibus.

Naſcitur in omni *Sibiria*.

62. *ASTRAGALVS* cauleſcens fruticoſus, ramis herbaceis, floribus paucis ſubcapitatis, leguminibus villoſis, T. XXIV.

? *Barba iouis pumila, villoſa, flore globoſo, purpureo*, GM. *Ind. transb.*

Aſtragalus fruteſcens, purpureus, ſiliquis cinereis villoſis, GM. *Ind. Len. n.* 409. *et ind. Irc.* 601.

Haec

Haec planta ab *Ieniſea* fluuio in transbaicalenſes vsque regiones et ad omnem *Lenam* copioſe naſcitur.

Radix eſt lignoſa, tenuis, ſed, vt in pleriſque Aſtragalis longiſſima, fibris aliquot praelongis aucta. Caules ex ea quatuor vel quinque, ſeſquicubitales lignoſi, in frequentes ramos herbaceos diuiſi.

Folia priori ſpeciei non multum abſimilia, pinnata, coniugationibus plus minusue decem cum impari, foliolis oblongis, ſeſſilibus, et petiolatis, viridibus ſubtus ab adiacentibus pilis pallidioribus. Pedunculi ex alis foliorum hirſuti, aliquantum flexuoſi, folio breuiores. Horum faſtigia gerunt florum capitula, floribus nondum apertis, tota, euolutis ſubtus tantum cinerea, ſuperius purpurea. Capitula haec componuntur floribus circiter quinque, vel paucioribus, e caeruleo purpureis, longis in centrum diſpoſitis, vt plurimum clauſis, ſuſtentatis calyce oblongo, e viridi purpuraſcente, et propter albos pilos hirſutos incano, ſuperius in quinque lacinias mucronatas ſecto. Vexillum amplum, verſus medium albens, atque ad oras illius ſtriis et purpureo-violaceis pictum. Alae anguſtae, baſim verſus ex albo virentes. Carina albida absque virore. Legumina villis cinereis hirſuta.

In icone calycis hirſuties non expreſſa eſt.

63. *ASTRAGALVS* cauleſcens, erectus, glaber foliis linearibus, pedunculis elongatis, triquetris, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1065. *n.* 6.

Aſtra-

Aſtragalus caulibus ramoſis, foliolis linearibus rigidis, ſpicis glomeratis, ſiliquis ouatis, vtrinque acutis GM. *Mſt.*

An aſtragalus alpinus, tragacanthae folio, ramoſus flore globoſo, caeruleo? TOVRN. I. R. H. 23. STELL. *fl. Irc.*

Adfero hanc plantam ex flora Ircutienſi STELLERIANA, de qua plura non noui.

Perennis eſt, et in altiſſimis praeruptiſque rupibus inſulae *Olchon* et circa mumimentum *Narguſinenſe* menſe Iunio floret. Radice nititur tenui, lignoſa, et fibroſa, ſaxis inhaerente, caulem emittit vnum, raro duos valde ramoſos, ſingulis ramis, quorum ad 10 ſunt glomus florum papilionaceorum, partim purpuraſcentium, partim caeruleorum in faſtigio impactus eſt. Flores nullis peculiaribus pedunculis fulti immediate e caule egrediuntur. Folia tam in caule, quam in ramis plurima, denſo agmine per coniugationes coſtae adnaſcutur, impari coſtam claudente, anguſta ſunt, vtrinque acuminata, intenſe viridia, dimidio pollice longiora, vix vnicam lineam lata, viciae pariſienſis foliis ſimilia. Piſtillum vagina obuolutum, ſub finem *Iulii* abit in *ſiliquam* breuem, ouatam, vtrinque acuminatam, in medio ventricoſam, albam, ſeminibus fuſcis, reniformibus foetam.

Haec egregius STELLERVS.

64. *ASTRAGALVS* pedunculis longiſſimis, floribus laxis, ſoliolis multis ellipticis incanis.

 Radix

Radix prolixa, admodum ramosa, extus fusca, intus alba. Caules villis iacentibus hirsuti, aliquanto diffusi, frequentes; viridi, cinerei, semipedales et dodrantales. Foliola ex ouato-oblonga, aut fere linearia acuta paribus sex ad nouem, cum impari, obtusa, vtrinque villosa, e viridi cinerea, cum petiolo, quartam partem nudo, plus minus palmaria. Pedunculi angulosi, e viridi cinerei, longi, quorum extremis spica laxa 2 ad 8 florum alternorum, sed paruis spatiis distantium, fere, vt in coronilla, insidet. Nodi floriferi rubentes. Pedunculi breuissimi, quorum singulis exiguum foliolum villosum subest. Calyces hirsuti, tubulosi, aliquantum compressi, longi, in quinque dentes breues fere aequales desinentes, virentes, et ab adiacentibus pilis quasi variegati. Vexillum reflexum, marginibus etiam reflexis, emarginatum, ouale, obtusum, alae vexillo multo breuiores, emarginatae. Carina alis breuior, superiora versus promovens, emarginata. Corolla ochroleuca. Germen teres, oblongum, villosum. Legumina oblonga, turgida, in dorso aliquanto turgidiora, vncialia, villosa, quando maturitatem nacta sunt, subulata, triangula, gracilia, seminibus variegatis foeta. I. G. GMELIN.

In *Isetensi* prouincia, in locis editis rupestribus, in regione Faici fluuii passim occurrit.

65. *ASTAGALVS* caulibus subramosis, floribus et foliolis laxis.

Astragalus incanus, fruticosus, foliolis viciae, BVXB. *C. III. p.* 21. *t.* 37.

Folio-

Foliolorum tria et quatuor paria, paulo ſupra imam caulis partem exeuntia, anguſte elliptica, incana, duriuſcula.

Pedunculus totam fere caulis partem efficit, et octo ſpecioſis floribus onuſtus eſt. Calyces albidi, hirſuti, longi, laciniis linearibus. Vexillum ampliſſimum, limbo e violaceo-purpureum. Alae breuiores, diſtinctae. Carina alis breuior, alba pariter, apice excepto violaceo.

D. LERCHE *Aſtrachaniae* obſeruauit.

66. *ASTRAGALVS* caulibus ſubramoſis, proſtratis, floribus capitatis, leguminibus ſubulatis, I. G. GMELIN.

Radix columbinae pennae craſſitie, ſemipedalis et longior, ſupra in aliquot capita diuiſa, ſupra terram repentia, quae mox per breuia interualla ſurculos fundunt prucumbentes, biunciales circiter, e viridi incanos, rubro immiſto, ad exortum rudimentis foliorum, poſtea foliis veſtitos, pinnatis; paribus ad 7 foliolis cauis, anguſtis, oblongis, infra incanis, ſupra viridibus cum impari. Pedunculi ex foliorum alis erectiuſculi vnciales, incani, tres et ouatuor in extremo nodos floriferos rubellos e ſingulorum breuium et latiuſculorum mucronatorumque leuiter rubentium, foliorum alis nacti, qui in flores expanduntur prioris ſpeciei adinſtar oblongos, vix aliquo, niſi in carina rubore tinctos; huius enim apex ſuaue rubet. id quod autem,

G 2 non

non nisi floribus deductis, aut iisdem iam satis adultis, conspicitur. Alae ampliusculae, oris aliquanto lacerae. Calyx breuior, quam in specie priori, cylindricus, pallide viridis, et hinc inde rubet, atque lituris subfuscis notatus, hirsutus in quinque breues mucrones expansus.

In montosis et rupestribus editis locis vrbis *Krasnoiarii* copiosissime primo vere floret.

67. *ASTRAGALVS* subacaulis floribus radicalibus numerosis subsessilibus, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1073. *n.* 38.

Astragalus fere acaulos, tragacanthae folio, flore albido, GM. *Ind Ien.* 1099.

Astragalus caulibus subramosis, foliolis oualibus, acutis, leguminibus subrotundis breuibus GM. *Mst.*

Astragalus repens barbae iouis foliis, acaulos ferme, palyanthos, AMM. *Ruth.* 170.

I. Idem foliis oblonge ellipticis, flore luteo.

Astragalus acaulos flore luteo, BVXB. C. *III. p.* 21. *t.* 38. *f.* 7.

Radix fere eadem est, ac prioris, sed tenuior glabra, duobus aut tribus crassiusculis fibris aucta, inferiori extremo plerumque subdiuisa, sapore dulci, in exortu pluribus paruulis nodis, germinum forte rudimen-

dimentis, exaſperata, poſtquam terrae ſuperficiem attigit, in multa capita diuiſa, eodem modo nodoſa, vti ante diuiſionem adparet. Capita haec biuncialia ſuper terra repentia, multisque foliis veſtiuntur, vna cum petiolo piloſo, incano, cui adhaerent ſesquiuncialibus et biuncialibus quinquead nouem vsque coniugationibus, ſpiſſe congeſtis, vno impari conflatis, foliola partialia, exigua latiuſcula, vtrinque piloſa, et incana. Pedunculi axillares oblongi, plurimi ſimul, folia multum congeſta ſunt, ſi pauciora adſunt, tres plerumque carnei, et in purpureun aliquantum vergentes. Vexillum apice emarginatum, et ſecundum totam longitudinem obliquis venis ſtriatum. Alae albentes. Carina verſus apicem ſature purpuraſcens. Adulti flores admodum pallidi fiunt, alaeque fere candidae. Legumina breuia ſunt, ſubrotunda, piloſa, ſepto diſtincta. Calyx piloſus, longiusculus, in quinque longiusculos mucrones ſuperius deſinens.

Copioſe naſcitur in ſuperiore regione *Ieniſeae* fluuii, et locis aſperis delectatur.

Varietatem 1, quam BVXBAVMIVS in *Armenia* legit, *Aſtrachania* quoque a cel. D. D. et Cons. LERCHE olim miſſa fuit.

Facies et habitus vnus plane et idem, differtque tantum colore floris et forma foliorum.

68. *ASTRAGALVS* pedunculis radicatis, foliolis linearibus pluribus, coniugatis glaberrimis T. XXIV. B.

 Pri-

Primo vere acaulos eſt, poſtea autem pedunculi ad duas et tres vncias excreſcunt.

In noſtris ſpeciminibus calyces et ſcabri et hirſuti ſunt. Indefeſſus MESSERSCHMIDIVS ad *Curbam* et *Vdam*, PATRVVS vero ad *Selengam* et *Tſchicoium* fluuios in campis editis ſiccisque copioſiſſime obſeruarunt.

69. *ASTRAGALVS* pedunculis radicatis, floribus, laxe ſpicatis leguminibus ouatis, apiculatis, T. XXV.

Aſtragalus tragacanthae folio, non ramoſus, floribus luteis AMM. *Ruth.* 168.

Non ſine ratione iam B. AMMANNVS hariolatus eſt plantam hanc pertinere forte ad *Aſtragalum alpinum Tragacanthae folio veſicarium*, MAGN. *Hort. t.* 27. TOVRN. I. R. H. 457. dotibus enim eſſentialibus modoque creſcendi conuenit. Attamen cum legumina noſtra ſpecies habeat tomentoſa quidem, ſed ouata et mucronata, cum color florum luteus ſit, iidemque ampliores, iconem addo vt peritiores in rem inquirant.

In montoſis et rupeſtribus locis ad *Iaicum*, etiam in ſummis rupibus *Imenis* montis et in rupibus *Maiae*, ac *Iudomae* fluuiorum magna copia prouenit.

70. *ASTRAGALVS* caulibus radicatis, ſcapis folia aequantibus, floribus gemellis, foliolis oualibus ſericeis, leguminibus teretibus, glabris, erectis. T. XXVI. I.

An

An astragalus floribus viciae dilute purpureis aut ceruleis MORIS. *Hist. oxon.* 2. 106. STELL. *Irc. n.* 544.

Perennis haec planta est, et STELLERO referente, e primis *Ircutiae* florentibus est, die scilicet iam decimo Maii in collibus siccioribus et apricis ad ostium *Vschakoukae* amnis in *Angaram* ad monasterium Virginum occurrens. Radix partim simplex est, idque nimirum ad exortum, tum autem bifida fit, et erecta in terram dimittitur, foris ruberrima est ita, vt madefacta chartam inficiat, intus autem alba, folia mox ad radicem 4. 5. 6. pinnata, paribus plerumque septem, adnata petiolo communi, cinereo, hirto, foliolis exacte oualibus, sericeis, supine intense viridibus hoc discrimine, quod primordialia procumbentia sint, et magis lanuginosa, ea autem quae succedunt, erecta euadant, minus sericea longiora longiusque a semet invicem distantia. Flores semper gemelli, dilute caerulei interdum leuiter purpurascentes sustentati pedunculo, vere vnum, aestate tres vel quatuor pollices longo, primo in terra procumbentes, postea surricti, inuoluti calyce, vnam tertiam pollicis partem longo, hirsuto et incano, superne in quinque lacinias fisso, legumen teres, fuscum, glabrum, erectum, a basi versus apicem dehiscens, seminibus foetum minutis, reniformibus, spadiceis, mense Iulio maturis.

Icon ad plantam exsiccatam facta est.

71. *ASTRAGALVS* pedunculis radicatis, scapis folio aliquanto longioribus, foliolis oblongis glaberrimis,

mis, floribus imbricatis, leguminibus vesicariis glabris, T. XXVI. II.

An Aſtragalus alpinus tragacanthae folio veſicarius? TOVRN. I. R. H. STELL. *Irc.* 531.

Hanc quoque plantam optimo STELLERO debemus, qui eam ſub initium Iunii florentem in aſperis et praeruptis rupibus, ſeptem ſtadia ab hybernaculo, quod a larice nomen ſuum ſortitum eſt, (Weniſchnoie ſimowie) et interrupta abhinc ſerie, ad *Barguſinenſe* munimentum inuenit, ſemina ſub finem Iulii maturantem. Radix lignoſa, fuſca, perennis, digitum interdum, interdum vix calami ſcriptorii craſſitie. Folia ad eam multa, pinnata, paribus octo vel nouem cum impari, petiolo glabro adnata; foliolis lanceolato-oblongis, apice acuminatis, pedunculi, inter ea adſurgentes, vnus ad quatuor, foliis aliquanto longiores, imbricata florum caeruleorum ſpica, ſeſquipollicem haud raro excedente, onuſti. Legumina globoſa, glabra diaphana, turgida, et in mucronem abeuntia, foeta ſeminibus reniformibus, fuſcis.

An eſt *Aſtragalus acaulos, leguminibus inflatis, ſubgloboſis* LIN. *Am. ac.* 2. *p.* 359.? Ni tot paria foliorum recenſerentur, nec obtuſa legumina deſcriberentur, nullus dubitarem.

72. *ASTRAGALVS* humilis, ſerpilli folio, BVXB. *Cent. III. l.* 38. *f.* 1.

D. LERCHE Aſtrachania miſit.

73.

73. *ASTRAGALVS* pedunculis radicatis, vnifloris, aut bifloris, folio dimidio breuioribus, floribus, longiſſimis, foliolis oualibus hirſutiſſimis. T. XXVII.

Tota planta hirſutiſſima laetiſſime tamen viridis. Foliorum ad duodecim vsque coniugationes oualium leuiter interdum emarginatorum. Pedunculi non longo ſub flore interuallo duobus aut tribus longiuſculis ligulis interdum aucti. Calyces longi, et vna cum flore ochroleuco vnciam longitudine ſuperant.

Nimium ſequenti adfinis, ſed de leguminibus cel. LERCHIVS noſter ſilet, qui hanc plantam *Aſtrachaniae* obſeruauit.

Icon ad exemplum ſiccatum parata eſt.

74. *ASTRAGALVS* pedunculis radicatis repentibus, folio minoribus; paucifloris, foliolis ouato-cordatis apice obtuſis emarginatis, leguminibus cochleatis, T. XXVIII.

Sane non dubito, quin ſit *Aſtragalus ſubacaulis, ſcapis ſubbifloris leguminibus hamatis, ſubulatis, bicarinatis*, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1073. *n.* 36. Qui ſine dubio eſt, *Aſtragalus acaulis, ſcapo foliis breuiore, leguminibus ſubulatis, canaliculatis, retortis, hirſutis*, LIN. *vſ r.* 227.

Petioli repentes vltra vlnam longi, foliis onuſti pinnatis, ad 9 paria ſex vncias longa, foliolis oualibus, apice obtuſis, emarginatis, laete viridibus, breviſſimis pedunculis inſidentibus, ſtipulae duae magnae,

 ad

ad exortum petiolorum; pedunculi ex alis, breues, floribus paucis, ſaepe tamen ad ſex referti. Flores minimi, lutei, non nunquam albidi, erecti, breuiſſimis pedunculis innixi. Tota planta villoſa, calyx breuis. Denticuli tres inferiores fere carinae longitudine, reliqui duo ſuperiores dimidio breuiores. Vexillum in medio lineis rubris pictum, carina paulo longius. Alae carina paulo breuiores. Legumina erecta cornu arietis ad inſtar recurua, bilocularia, per maturitatem nigra et hirſuta, ſemina plura coloris oliuacei.

Eximius LERCHE Aſtrachania miſit.

75. *ASTRAGALVS* pedunculis radicatis, ſcapo declinato, foliis multo longiore, floribus ſpicatis, laxioribus, in latum exeuntibus, foliolis oblonge ellipticis, hirſutis, T. XXIX.

Aſtragalus albus incanus, non ramoſus, elatior, macrocaulos, ſpica longiore. GM. *Ien. n.* 1099.

ASTRAGALVS Ind. Len. n. 410 ?

Radix parum fibroſa, perennis. Pedunculi ex ea faſciculatim prodeuntes, plus minus dodrantales, folioſi et floriferi, quorum illi dimidiam partem nudi, tumque onuſti foliis pinnatis, parium 10 ad 15, cum impari, foliolis ſubalternis, oblongis, anguſtis, acutis, hirſutis. Pedunculi floriferi longiſſimi, declinati, terminati ſpica laxe glomerata, compoſita, floribus magis vel minus albicantibus ſiue etiam ochroleucis.

Calyx

Calyx in quinque lacinias fere aequales diſſectus eſt. poſterius hiat, totus albet, et pilis ſat conſpicuis pubeſcit, vexillum aliquantum carinatum, et ſuperius tantillum emarginatum, amplum quemadmodum alii. Carina ad apicem vtrinque interne caerulea, antherae ſature flauae.

Altitudine variat.

Vnicum indiuiduum paulo ſupra cataractam, quae eſt intra *Mangiſeam* et *Ieniſeam* vrbem, obſeruatum eſt, quod fragrantiſſimo ſe ſuauiſſimoque Iaſmini odore commendabat, illud etiam icon ſiſtit. Caeterum ad amnem *Ieniſeam* frequens occurrit.

76. *ASTRAGALVS* pedunculis radicatis, hirſutiſſimis, folio longioribus, foliolis ouatis, acutis, ſaepe imbricatis, ſpica arctiſſima, T. XXX.

Aſtragalus non ramoſus, caneſcens, flore purpuraſcente, GM. *Ind. Irc.* 592.

? *Aſtragalus foliis ouato-lanceolatis, ſericeis ſplendentibus*, HALL. *Helu.* 506. *t.* 5.

? *Aſtragalus acaulis ſcapo erecto foliis longiore leguminibus ſubulatis, inflatis, villoſis, erectis*, LIN. *Hort. vps.* 226. *Sp. pl.* 2. *p.* 1061. *n.* 30.

Radix plus dimidio pede et cubitum interdum longa, perennis, foris luteſcens, intus candicans, paucis adpendicibus aucta. Stolones procumbentes, dimidii digiti longitudine. Folia petiolis hirſutis pinnata,

paribus 12 ad 15 cum impari, ad dimidium pedem longia, foliolis ouato-oblongis, extremitate admodum acuta, vtrinque, inferne tamen magis, villosis et incanis, dense congestis; stipulae triangulares, dimidiam vnciam longae, basi latae, membranaceae. Scapi intra folia adscendentes plurimi, radicati, palmares, dodrantales, quin et pedales; hirsutissimi, *procumbentes*, in extremo gerentes spicam ouatam, compactam, pollicem interdum longam, decem ad quatuordecim floribus onustam, quae deflorata laxior, et notabiliter longior euadit. Bracteae ouato-acuminatae, calyce paulo longiores. Calyx oblongus, parum ventricosus, multum hirsutus, quinquedentatus, dentibus duobus superioribus, tribus inferioribus, breuioribus, fuscis. Corolla erecta, purpurea, marcida, caerulescens. Vexillum amplum medio fundum versus albo striatum, interdum liuidum, obliquis violaceis striis, ad oras non nunquam lutescentibus pictam. Alae multo minores, vexillum versus violaceae, fundo albae. Carina mucronata, et paulo ante mucronem vtroque latere inhiata, violacea. Legumina erecta, magna, acuminata, hirsuta, bilocularia, parum inflata, maturitatem nacta curta fiunt et glabra, quo et ipso tempore folia multum de canitie sua perdunt. Semina reniformia, coloris siue fusci siue oliuacei, floret in omni *Sibiria* ad finem Maii Iulioque semina maturat.

77. *ASTRAGALVS* pedunculis radicatis, folio longioribus, floribus racemosis, laxissimis, leguminibus subulatis, erectis, foliis ex lineari lanceolatis, raris.

Ex-

Exprimit haec definitio omnes effentiales notas, huic fpeciei communes, quare a prolixa defcriptione abftineo. Quantum e ficcatis plantis hariolari licet, color corollae videtur caeruleus fuiffe, altitudo plantae, quam STELLERVS in regione *Ircutiae* vrbes collegit, pedalis.

78. *ASTRAGALVS* pedunculis radicatis, folio longioribus, fcapis erectis, fpicatis, fpica fpeciofa, floribus amplis foliolis ouato-oblongis, obtufis, villofiffimis T. XXXI.

Aftragalus acaulis hirfutus, fcapis erectis, fpicatis, foliolis ouatis, obtufis, villofis, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1071. *n.* 31.

Radix foris fufca intus alba, digiti auricularis craffitie, infra in aliquot craffas fibras diuifa, dodrantalis, fupra in quinque aut fex capita partita, e quorum fingulis tanquam ex vagina quatuor aut quinque adfurgunt pediculi, palmares, et femipedales, virides, pilofi, dimidiam circiter partem nudi, tum vero foliorum veftiti paribus 6. 7. raro 8. fupra fature viridium hirfutorumque, infra cana lanugine pubefcentium, breuium, latiufculorum, impari coftam claudente. Intra haec folia vnus vel duo caules prodeunt craffi, pilofi, femipedales et dodrantales, flores in faftigio gerentes fpicatos, fpica claufis floribus arcta, pilofa et nodofa, iisdem vero explicatis, laxiore, fpeciofiore, e viridi albente. Vexillum amplum, cordiforme. Alae oblongae, ad exortum fuperiorique parte

 pur-

purpurascentes. Carina amplissima, in angulo anteriori intus sature, extus pallidius purpurea. Antherae flauae.

In superiori regione *Ieniseae* fluuii passim occurrit.

Icon habitum quidem bene exprimit, sed florum conformatio e descriptione melius patet.

79. *ASTRAGALVS* pedunculis radicatis, foliolis quaternis et quinis radiatim caulem amplexantibus, floribus ochroleucis.

Baicalia flore ochroleuco, vexillo floris caerulescente, STELL. *Irc.*

Perennis est, a STELLERO in rupibus circa lacum *Baical* a *Buguldichae* fluuii ostio ad *Bargusinense* vsque munimentum inuenta.

Radix modo simplex, modo bifida, et trifida, caules vnam ternam partem nudi, lanuginosi, postea vestiti foliis stellae in modum dispositis, 4 ad 7 ex vno centro prodeuntibus, vno caulem terminante, ouatis, admodum lanuginosis, vtrinque acuminatis. Pedunculi intra folia surgunt ad 6. procumbentes, ad summum semipedales, in summitate spica florifera onusti. Flores ochroleuci. Legumina oblonga, erecta, bilocularia, a basi ad apicem dehiscentia. Semina reniformia, fusca. Iulio floret.

Varietas est, vbi vexillum floris litura caerulea insigni conspicuum.

80.

80. *ASTRAGALVS* pedunculis radicatis, foliolis linearibus, quaternis et quinis, radiatim caulem amplectentibus, floribus laxis.

Baicalia flore atropurpureo, foliis angustioribus, et densioribus, STELL. *Irc.* 568.

Astragaloides incana, non ramosa, floribus carneis, AMM. *Ruth.* 150. *T. XIX. f.* 2.

In omni transbaicalensi regione, tam in rupibus quam in campis apricis, sabulo inspersis, habetur.

81. *ASTRAGALVS* radicibus caulescentibus, foliolis quaternis, et quinis caulem radiatim cingentibus.

Astragaloides purpureus incanus humilis, ramosus, foliorum coniugationibus stellatis, GM. *Ien.*

Baicalia flore atrorubente, STELL. *Irc.* 567.

Astragaloides hirsuta minor, non ramosa, floribus purpurascentibus, AMM. *Suth.* 149. *T. XIX. fig.* 1.

Iisdem cum priori locis nascitur.

Nota. Ob foliorum conformationem Astagal. 79. 80. 81. plane singularem STELLERVS ex illis nouum a loco natali dictum Baicaliae genus constituere; sed cum partium fructificantium eadem sit, ac in reliquis, ratio, non separare consultius duxi.

82. *POLYGALA* floribus cristatis, racemosis, caulibus herbaceis, simplicibus, procumbentibus, foliis lineari-lanceolatis, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 986. *n.* 1.

Polyga-

Polygala vulgaris maior, VAILL. *par.* 161. *t.* 32. *f.* 1.

Eadem caulibus ramosis.

Polygala ramosa maioribus calycis lobis purpurascentibus Ind. Ien. 948.

Cum omnibus suis varietatibus in omni *Sibiria* copiose prouenit, Russice изтодъ дерево dicitur et sub decocti forma in lue venerea vsurpatur.

83. *POLYGALA* foliis imis subrotundis, superioribus angustis, auctis, HALL. *Helu.* 606.

Loca montosa amat, sed vereor, ne sit varietas prioris.

84. *POLYGALA* floribus cristatis, racemo laterali nudo, caulibus herbaceis, foliis lanceolatis LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 987. *n.* 6. T. XXXII.

Polygala ramosa flore tenuissime laciniato, GM. *Irc.* 496.

Polygala maior spica laxiore, labio inferiori intense caeruleo, leuissime et tenuissime fimbriato, STELL. *Irc.* 156.

Polygala multicaulis AMM. *Ruth.* 143. 144. 145.

Perennis est, et in omni *Sibiria* loca montosa amat.

85.

85. *FVMARIA* pericarpiis monoſpermis, racemoſis; caule diffuſo, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 984. *n.* 7.

Nusquam in Sibiria, niſi in vicinia *Iaici* fluuii, peregrinatores obſeruarunt.

86. *FVMARIA* caule ſimplici, bracteis longitudine florum LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 983. *n.* 3.

In omni *Sibiria* vna cum varietatibus ſuis vsque in Camſchatcam, qua in inſula Mytymyt ab incolis adpellatur, frequens occurrit.

87. *FVMARIA* ſiliculis ouatis, compreſſis caule quinquangulo T. XXX. III.

Fumaria flaua, caule pentagono. GM. *Obs. in. h. n.* 122.

Fumaria flaua altera Id. In. Ien. transb.

Fumaria quae ſplit officinarum, I. B. *Id. Ib.*

Fumaria flaua paluſtris caule pentagono, STELL. *Irc.* 584.

Cum cognita ſpecie nulla conuenit. Radix fibroſa fragilis. Caules ex ea duo, tres et plures, pedales et cubitales, recti, pentagoni, ſordide virides, et obſoleta ſubinde purpura adſperſi, ramoſi, emittentes mox a radice, et poſtea folia, longis, angulofisque pediculis innixa, fumariae vulgaris foliis ſimilia, ſed tenuius laciniata, ſegmentis oblongis, anguſtioribus et latioribus. Cirrhi nulli. Flores tam ex alis foliorum, quam

in ſummo caule, intenſe flaui, pedunculis ſesquilineam longis ſuſtentati. Labii ſuperioris calcar, vnum lineam longum ſurſum reflexum eſt. Capſulae ouatae, compreſſae deorſum pendulae in mucronem deſinentes, virides et interdum obſolete purpureae, ſemina nigra continentes, ſplendentia, glabra, orbicularia.

Flores in ſummitate caulis citius efflorefcunt iis, qui ad alas foliorum locantur, quare contingit, vt in ſummitate caulis ſemina matura habeantur, cum flores axillares demum euoluantur.

In *transbaicalenſibus* regionibus vt et ad *Angaram Lenamque* fluuios vbique prouenit.

88. *FVMARIA* caule ramoſo, diffuſo, ſiliquis linearibus, LIN. H. *cl.* 352 (Excluſis vt puto ſynonymis.)

Siliquae longae ſunt, nodoſae et veluti articulatae, omnino vt in *Capnoide*, vel in illa *clauiculis donata C. B.* Flores ſunt pallidiſſimi.

Ab *Iaico* ad *Irtim* vsque fluuium nusquam non occurrit, et a STELLERO ad *Obum* obſeruatum quoque fuiſſe inuenio. Meminit quoque illius in indice Anni MDCCXXXVIII. n. 54. ſub nomine: *Fumariae flore pallide luteo.*

89. *FVMARIA* caule ramoſo, foliis pinnatis, foliolis extremis lobatis, capſulis ouatis pendulis. T. XXXIV.

Fuma-

Fumaria palustris magno purpureo flore crassis peoniae foliis Ind. Len. n. 278.

Radix non admodum crassa, et multis propaginibus, in varios sensus repentibus vestita, gustus amaricantis, mollis, intus alba, extus membranis fuscis lacerisque vestita. Caulis ex ea adsurgens pedalis et sesquipedalis, sat quidem crassus sed fragilissimus; vt leuissimo attactu rumpatur, in nodos hinc inde intumescens e quibus amplissima prodeunt folia pinnata, pinnis extimis, peoniae vulgaris ad instar, in lobos diuisa, insigniter venosa, supra intense et obscure viridia, infra glauca, summum caulis in multos ramos, e violaceo rubentes diuiditur, quorum singulis breuibus interuallis insident flores magni purpurei, semiuncialibus pediculis sustentati, penduli, in duo quasi labia fissi, quorum superius siue anterius scaphae fere figuram habet, et posterius in calcar praelongum desinit, anterius vero siue inferius in fauces intumescit albas, hiatu quodam purpurascente, vtraque in parte instructas, in quibus et pistillum et stamen e fundo huius petali ortum, illudque fundo alterius petali adhaerens, absconduntur. Pistillum apice viridi, cui stamina arcte cohaerent. Siliquae ouatae, inflatae, perpetuo terram versus flexae, facillime et a leuissimo aëris motu deciduae, vt semina, quorum quatuor maiuscula, plerumque nigra, rotundo compressa continent, raro haberi possint matura. Varietates huius plantae duae recensentur.

I. Eadem humifusa crassis aquilegiae foliis.

II. Eadem caule et floribus pallidissimis.

Prouenit in paluſtribus et ad radicem rupium ad *Lenam*, vt et ad *Bielam*, *Ianam* et *Iudomam* fluuios. Menſe Iulii vsque ad finem Auguſti florere ſolet.

a. Flos integer eſt, pediculo haerens, petalum poſterius, petalum anterius in fauces intumeſcens, clauſas repraeſentans, quemadmodum ſunt: *b*. flos inuerſe ſpectatus diductis faucibus, vt piſtillum et ſtamina in conſpectum veniant. *c*, petalum anterius a quo fauces abſciſſae, et in *d*. ſingulariter exhibitae ſunt. *e*. diductas fauces oſtendit, quo conſpiciantur contenta. *g*. vero figuram ſeminum habet.

90. *FVMARIA* foliis poſtice bilobis, caule folioſo, LIN. *Sp. pl.* 2. *p*. 983. *n*. 2.

Fumaria caule recto ramoſo, duobus petalis hemicyclicis ſupra caudatis, GM. *Mſt.*

Stupendae pulchritudinis planta, quae e Sinis a chirurgo Heuke adportata fuit. Structura eſt fumariae bulboſae; ſed maiora elegantiora omnia, at calyx minimus diphyllus, ne formae noceat. Caules cubito altiores. Folia mollia et tenuia, in tres principes ramos diuiſa, quorum ſinguli trifidi ſunt, lobis varie inciſis, acutis. Flores ampliſſimi, laete purpurei, in longis ſpicis haerentes, pediculis trientem vnciae longis innixi, vna vel altera ligula veſtiti, qualis quoque linearis et valde breuis vnumquemque petiolum comitatur. Duo petala caua, infra veluti in ſacculum, deſinentia, ſupra diuaricata et reflexa. Faux petalis longe eminens apice obſcure violaceo, includens filamenta duo, ſingulis trifidis, antheris tribus.

91.

91. *HYPECOVM* filiquis arcuatis, compreffis, articulatis, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 181. *n.* 1.

Hypecoum, BAVH. *pin.* 172.

D. LERCHE *Aftrachania* mifit.

Duo petala interiora in lobis externis nigris brevibus ftriis maculata funt.

92. *HYPECOVM* filiquis erectis, teretibus, torulofis, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 181.

Hypecoum tenuifolium, filiquis erectis teretibus, AMM. *Ruth.* 80. T. IX.

Quemadmodum *Capnorchis* BOERH. a fumariis differt, ita perfecte hoc Hypecoum a reliquis abludit, ob rationem ftaminum. Hucque omnino hoc genus fecundum naturam pertinet, cum videretur forte aliis, ad oligantheras referendum effe.

Foliola calycis erecto-patentia. Duo petala externa reniformia, in loco emarginationis in apicem producta, interna femibifida. Laciniae harum mediae, concauae, compreffae, erectae, puluere antherali confpurcatae, germini fupra arcte adpreffae, ftriae punctatae, tenuiffimae, nigricantes, verfus fundum petalorum internorum confpicuae. Stamina fex, quorum duo breuia externa, ex hiatu petalorum internorum oriuntur, antheris fibi impofitis longis, duplicatam membranam referentibus, quatuor interna lutea, incurva, bafi latiora germen cingentia, longitudine inaequalia, inftructa antheris erectis, concauis, anguftis,

reliquorum multo breuioribus, ſingulis paribus connatis. Germen cylindraceum, oblongum. Styli duo breuiſſimi. Stigmata obtuſa emarginata. Siliquae erectae, teretes.

Differt itaque haec ſpecies a cognitis non tantum ſiliquis erectis, ſed et ſtaminum numero, perfecte vt capnorchis BOERHAVII a reliquis ſpeciebus fumariae.

Prouenit ab *Ieniſea* Angarum verſus in transbaicalenſes regiones vsque.

CLASSIS

CLASSIS XVI.

OLIGANTHERAE.

1. CVSCVTA floribus ſeſſilibus, LIN. *Sp. pl.* 1. 180. 1.

Cuſcuta maior et minor, ONM. *Ind.*

In omni *Sibiria* paraſitica eſt.

2. *PLANTAGO* foliis ouatis glabris, ſcapo tereti, ſpica floſculis imbricatis, LIN. *Sp. pl.* 1. 163. 1. T. XXXV et T. XXXVI.

Cum omnibus ſuis varietatibus in omni *Sibiria* atque etiam in *America* ſeptentrionali naſcitur. Nulla mihi vulgaris huius plantae icon cognita eſt, quam veniam impetraturum me fore ſpero, aliquam hic additurus, T. XXXVI. varietatem, quam maxime frequentem exhibet.

2. ? *PLANTAGO* foliis ouatis glabris, ſcapo angulato, ſpica floſculis diſtinctis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 163. *n.* 2. T. XXXVII.

Plantago latifolia minor, ſubhirſuta, ſpica denſa, *Ind. Inn.*

Dubitationis ſignum adpoſui, quod ſpeciminibus exſiccatis edocear, ſpicam denſam eſſe, folia obſolete pubeſcere, magisque adhuc ſcapos, id quod tamen in

icone

icone non eſt expreſſum, caeterum per omnia conuenit, ſub initium Auguſti circa *Ieniſeam* vrbem floruit, et circa vrbem *Kraſnoiariam* ad finem huius menſis fructum iam maturum tulit.

Spica ramoſa variat, variat eadem oblonga, breviore vel productiore. Variat caulium longitudine, ſaepe cubitalium, ſaepe palma minorum.

An ſat a priori diſtincta?

Praeter loca natalia mox memorata occurrit quoque ad *Lenam* in regionem *Ircutiae* vrbis, et ab hinc ad *oceanum orientalem* vsque in *Americam* ſeptentrionalem.

4. *PLANTAGO* foliis linearibus, ſpica oblonga, HALLL. *Helu.* 371.

Plantago gramineo folio, maior, I. R. H. *Ind. Ien.* 823.

Variat magnitudine; in *Iſetenſi* prouincia frequentiſſima, a *Iaico* ad *Irtim* vsque fluuios, tam in campis apricis, quam ad lacus ſalſos. STELLERVS etiam in campis apricis *konkurkinenſibus* ad lacum ſalſum inuenit.

5. *LIMOSELLA* LIN. *Sp. pl.* 2. 881. 1. Cum Syn.

Plantaginella paluſtris Moriſ. Hiſt. 3. *p. Coſ. S.* 15. *t.* 2. *f.* 1. STELLER. *Irc.* 77. *Ochot.* 48.

In

In omni *Ruſſia* et *Sibiria* ad *Aldanum* vsque provenit, hinc deficit.

6. *PVLMONARIA* foliis radicalibus lanceolatis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 194. *n.* 1. *Syn.*

In omni *Sibiria* frequentiſſima eſt et Ruſſice Медуница dicitur.

7. *ASPERVGO* calycibus fructus compreſſis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 198. *n.* cum Syn.

Hanc plantam in *Sibiria* nusquam obuiam eximius LERCHE Aſtrachaniae obſeruauit.

8. *MYOSOTIS* ſeminibus nudis, foliorum apicibus calloſis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 188. 1. Cum Syn.

Eadem foliis glabris, LIN. *loc. cit.*

In omni *Sibiria* prouenit et *Ruſſico* nomine измоденъ полевой dicitur, multi vſus in quouis obſcuro morborum genere, in primis etiam in ſymtomatibus luis venereae. Saepe pumila occurrit praeſertim in editis *Transbaicalenſibus* campis et in *rupeſtribus* locis *Baicalis*.

9 *LITHOSPERMVM* ſeminibus laeuibus, corollis vix calycem ſuperantibus, foliis lanceolatis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 189 *n.* 1. ROY *Lugd.* 6. 405.

In omni *Sibiria* habitat et *Ruſſice* воробьево семя dicitur.

10. *LITHOSPERMVM* ſeminibus rugoſis, corollis calycem vix ſuperantibus, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 190. *n.* 2. ROY. *prod.* 405. Tab. XXXVIII.

Lappula Riuini Ind. Irc. 252.

Eadem flore albo.

In omni *Sibiria* ferquens eſt.

11. *HELIOTROPIVM* foliis ouatis, integerrimis, tomentoſis, rugoſis, ſpicis coniugatis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 187. *n.* 3. cum. Syn.

Cel. LERCHE *Aſtrachaniae* obſeruauit.

12. *CYNOGLOSSVM* ſtaminibus corolla breuioribus, foliis ouato-lanceolatis, tomentoſis, ſeſſilibus, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 192. *n.* 1. *Sp. pl.* 1. *p.* 191. *n.* 1.

A *Iaico* ad *Ieniſeam* vsque fluuium copioſe naſcitur. Flores et caerulei et rubri.

13. *ANCHVSA* foliis lanceolatis, ſpicis imbricatis ſecundis, LIN. *Sq. pl.* 1. *p.* 191. *n.* 1.

Eadem flore albo.

Bugloſſum ſylueſtre flore albo folio anguſtiore, GERB. *Tan.*

GERBERVS in campis apricis inter *Tanaim* maiorem et minorem ad *Stanizam byſtranskaiam* varietatem flore albo inuenit et recenſuit.

14. *ANCHVSA* floribus ſolitariis ex alis ſoliorum.

Buglosſum aruenſe foliis echii vulgaris, BVXB. *Cent. V. p.* 28. T. LIV.

LERCHIVS *Aſtrachania* miſit.

15. *ANCHVSA* foliis radicalibus cordatis, caulinis, ouatis T. XXXIX.

Symphytum foliis ouatis, GM. *Mſt.*

Pulmonaria calycibus abberuiatis, *foliis radicalibus cordatis*, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 144. *n.* 4.

Radix perennis, longa quidem, ſed tenuis, e fuſco nigricans. Caules ex ea vnus vel duo, cubito interdum altiores, ſtriati, virides, firmi, foliis veſtiti variae magnitudinis inferioribus minoribus, rotundo cordatis, petiolatis, ſuperioribus ſeſſilibus, maioribus lanceolatis, elata baſi in acutum mucronem deſinentibus, omnibus ſature viridibus, glabris, venoſis. Flores terminales corymboſi, nutantes, vel purpurei, vel caerulei. Faux peruia. Laciniae obtuſae et ſubrotundae. Tubus ampliſſimus cuius ſuperiori et internae parti ſtamina adſiguntur. Calyces breuiſſimi. Capſulae monoſpermae quatuor.

Ad *Lenam* fluuium copioſe in ſyluis occurrit et menſe Iulio floret.

Magnam conuenientiam habet cum pulmonaria Clait. Virg. p. 20.

Symphyto accedit perianthio ſpartito et figura ſeminum, ſed faux peruia ſeparare ſuadet. Perindeque erit vel ſub anchuſa vel ſub pulmonaria recenſere, generibus valde ſibi vicinis. Icon ad naturam facta eſt a. florem clauſum c. apertum b. ſemina d. folium e maximis exhibent.

16. *SYMPHYTVM* foliis ouato-lanceolatis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 195. *n.* 1.

Floribus purpureo-caeruleis, cinereis et candicantibus variat.

Ad *Iaicum* fluuium copioſe naſcitur.

17. *CERINTHE* maior, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 195. *n.* 1.

Naſcitur tam *Ochotii*, quam in *Camtſchatca*, imo et in *America ſeptentrionali* ad littus maris.

18. *ONOSMA* foliis lanceolatis, hiſpidis, fructibus pendulis, LIN. *Sp. pl.* 196. *n.* 3. T. XL.

Symphytum echii folio anguſtiore, flore ochroleuco radice ampla, elatius et ſpicatum, limonii facie Ind. Ien. 602. 603. 604.

Cerinthe foliis lanceolato-linearibus, hiſpidis, ſeminibus quaternis diſtinctis, fructibus erectis, LIN. *Hor. Cl.* 48. ROY. *lugd.* 408. GM. *Inſt.*

A

A *Iaico* ad *Ieniſeam* nusquam non iis locis naſcitur, quae quinquaginta quatuor gradibus non multum ſuperiora ſunt.

Onosma ſimpliciſſimum LIN. me penitus ignorare fateor.

19. MESSERSCHMIDIA LIN. *Syſt. nat.* 149.

Aſtrachania SCHOBERI *memor. Volg. Mſt.*

Arguſia, AMM. *Ruth.* 29.

Tournefortia Sibirica Sp. pl. 1. 22.

HEBENSTR. *Act. petr*, 1761. 1. 315. *t.* 11.

Naſcitur in glareoſis aridisque apricis locis *Arguni* fluuii et ad lacum *Dalai* regionum *Transbaicalenſium* vt et *Aſtrachaniae*.

20. *ASCLEPIAS* foliis ouatis baſi barbatis, caule erecto, vmbellis proliferis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 314. *n.* 11.

Asclepias albo flore, B. *pin.* 303.

Vincetoxicum, DOD. *pemt.* 407.

A *Iaico* fluuio ad *Irtim* vsque frequens eſt, hinc paulatim euaneſcit.

21. *ASCLEPIAS* foliis reuolutis lineari lanceolatis oppoſitis, ternatisque caule decumbente, LIN.

Asclepias montana humilis, radice longius proſerpente, lini foliis, MESSERSCHM. AMM. *Ruth.* 10.

Aſclepias caule procumbente herbaceo, foliis ex lineari lanceolatis, floribus ſubſolitariis, GM. *Mſt.*

Apocinum rupeſtre lauendulae folio, flore flaveſcente, STELL. *Irc.* 26.

Panlta haec ob *Obo* fluuio ad *Angaram* in *transbaicalenſes* vsque regiones in aſperis, montoſis, et apricis frequens occurrit.

Radix ſarmentoſa, ad duas ſaepe vlnas longa horizontaliter, nec tamen profunde in terra repens. Caules vnus ad 8, pedales procumbentes. Folia ad illos lineari - lanceolata bina et terna, oppoſita, et alterna, longa ſeſſilia. Ex alis foliorum pedunculi ramoſi, floribus ſubpaniculatis, patentibus, luteis.

22. *ASCLEPIAS* foliis ex lineari - lanceolatis, floribus vmbellatis, vmbellis alternis, erectis, caule erecto, GMELIN T. XLII.

Apocynum rupeſtre polyanthos, flore perſico, folio anguſtiſſimo denticulato STELL. *Irc.* 25.

STELLERVS hanc plantam altiſſimarum rupium ad *Angaram* caluitiem ſtadia XII. ab vrbe *Ircutia* veſtire vidit, atque ſub initium Iunii, ad finem eiusdem florere.

A

A pedali ad cubitalem adſcendit altitudinem, et quo excelſiori loco occurrit, eo quoque excelſior eſſe conſueuit.

Radix dodrantalis, digitum craſſa, foris cinerea intus alba, ſaporis dulcis, ſed terra arenoſa laxius ſuperrinſtrata horizontaliter ſerpens. Caules ex ea vsque ad tres erecti, vel ſimplices, vel ramoſi, extremo floriferi, floribus in corymbum ſiue vmbellam diſpoſitis eleganter purpureis.

23. *CORTVSA* calycibus corolla breuioribus, LIN. *Sp. pl.* I. *p.* 26. *n.* I.

Cortuſa Matthioli, CLVS. *Hiſt.* I. *p.* 307.

Primula veris folio ampliſſimo ſubrotundo, laciniato, mellis odore, STELL. *Irc.* 63.

A *Ieniſea fluuio in transbaicalenſes vsque regiones ad Lenam et mare vsque orientale frequens eſt.*

24. *CORTVSA* calycibus corollam excedentibus, LIN. AMM. *ac.* 2. *p.* 240. *Sp. pl.* I. *p.* 26. *n.* 2. T. XLIII. f. I.

Androſace pumila hirſuta hederae terreſtris folio, GM. *Ind. Irc.* 406.

Androſace minima alba, foliis glabris, STELL. *Irc. n.* 55.

Radicula in aliquot longiuſculas in latum expanſas fibrillas diuiſa. Folia ex ea prodeuntia, permulta, in orbem ſparſa, longe petiolata, ſubcordata, crena-

cernato lobata, vtrinque hirſuta, laete viridia. Inter haec folia plurimi cauliculi prodeunt, hirſuti, nudi, ad ſummum quadriunciales, et in aliquot radios ſuperius diuiſi, quorum ſingulus vnum gerit florem exiguum, album, in quinque lacinias obtuſas, ſecundum mediam longitudinem ſtriatas, ſectum. Calyx habito ad plantum ratione magnus, hirſutus quinque pariter latis et mucronatis laciniis conſpicuus.

In regione *Ircutiae* vrbis ad lacus dulces occurrit.

25. *ANDROSACE* foliis lanceolatis denticulatis, glabris, perianthiis, angulatis, corolla breuioribus, LIN. *Sp. pl.* 1. 203. *n.* 2. T. XLIII. A. B.

Alſine verna androſaces capitulis, BAVH. *pin.* 251.

Alſine adfinis androſace dicta minor, *ib.* ID.

Alſine minor androſaces alterius Matthioli facie, ID. *ib.*

Androſace montana flore minore, BVXB. *Comm. pet.* 11. *p.* 369. T. XXIV. *f.* 4.

Androſace caronopi foliis glabra, *floſculis ex verticilli folioſi vmbilico pluribus*, *albis*, MESS. AMM. 22.

Androſace 55. 56. 57. 58. 60. 61. 62. STELL *Irc.*

Samolus Ruthenica polygoni folio flore albo., GERB. *Moſc.*

I. Ea-

I. Eadem foliis petiolatis rotundioribus T. II.

Androſace alba folio latiuſculo dentato, GM. *Ind. Irc.* 404. *Ien.* 811.

Naſcitur in omni *Sibiria* et Ruſſice переложная трава dicitur, vtunturque planta in morbo, a quo nomen ſortita eſt, vt et in variis pecorum morbis, vocant quoque eam грыжная трава, florentem colligunt, ſiccant et in decocto contra fluorem album et gonorrhoeam adhibent.

26. *ANDROSACE* foliis linearibus glabris, vmbella inuolucro multoties longiore, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 204. *n.* 4.

Androſace alpina perennis, anguſtifolia, glabra, flore ſingulari, TOVRN. *Inſt.* 123.

Allion. pedem. 1. *p.* 22. *t.* 4. *f.* 2.

Foliola lanceolata, glabra et margine ſcabra, multos ad radices ceſpites faciunt, vtrinque acuta, ſemiuncialia, cauliculi piloſi, tenues, palmares, extremitatem verſus veſtiti duobus tribus aut quinque foliis anguſtis, oblonge ellipticis, ex eodem centro prodeuntibus, quorum ſingulis totidem pedunculi ſurgunt, trientem vnciae et ſemiunciam longi, ſinguli candidis floribus onuſti, petalis aliquanto emarginatis, inaequalibus.

Aretia foliis linearibus glabris, ſcapo pauci-floro, HALL. *Helu.*

Differt hirſutie, foliorumque conformatione, medio latiorum.

 Pro-

Prouenit in *Tranbaicalenſibus* regionibus, vt et in locis rupeſtribus, quae tranſeunda ſunt iter a *Iacutia* vrbe *Ochotium* verſus facientibus.

27. *ANDROSACE* foliis piloſis, perianthiis hirſutis. LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 203. *n.* 3.

Sedum minus IX ſ. alpinum III. CLVS. *Hiſt.* LXI. GM. *Ind. transb.*

Androſace montana perennis muſcoides, *Ind. Ien.*

Androſace muſci aut parui ſedi facie, STELL. *Irc.* 59.

In ſicciſſimis montibus et rupibus, pariter ac in humilioribus arenoſis ſiccis deſertorum campis ab *Ieniſea* fluuio in *transbaicalenſes* vsque regiones frequenter occurrit.

Folia habet ad radicem in capitulum globoſum collecta, diſpoſitione et figura ſedi foliis ſimillima, villoſa, exigua, apices verſus imprimis multum ſericea, eorum medio vnus, duo vel tres cauliculi ſurgunt, ſesquipollices vt plurimum longi, floribus duobus ad quinque candidiſſimis onuſti, ſed ſpecioſioribus multo ac in praecedenti ſpecie.

28. *ANDROSACE* perianthiis fructuum maximis, LIN. *Hort. vps. Sp. pl. p.* 203. *n.* 1.

Alſine adfinis, androſace dicta maior, BAVH. *pin.* 251.

Foliis

Foliis inuolucri integerrimis, T. XLIV. I.

In campis montoſis KRASNOIARII vrbis, vt et in montoſis locis ſuperioris regionis *Lenae* fluuii primo vere floret.

29. *PRIMVLA* foliis crenatis glabris, limbo florum plano, LIN. *Sp. pl.* 1. 205. *n.* 2.

I. Foliis infra veluti farina adſperſis. T. XLIV. III.

Primula veris rubro flore, CLVS. *Hiſt.* 300. STEL. *Irc.* 64.

Floribus albis, STEL. *Irc.* 65.

II. Foliis vtrinque viridibus T. XLIV, 114.

III. Foliis vtrinque viridibus, admodum ſerratis.

In omni *Sibiria* naſcitur, prior quidem varietas, non niſi ad *Angaram*, in regionibus *Transbaicalenſibus*, quae humilis eſſe ſolet, altera omni *Sibiriae* familiaris eſt, plerumque erectior, tertia ſecundae altitudine ſimilis, ſed foliis perquam ſerratis, a STELLERO inter *Iacutiam* et *Ochotium* vrbes inuenta. Omnes in eo conueniunt, vt copioſos fundant pedunculos floriferos, eosque calyce plerumque breuiores, accidit tamen, ſed admodum raro, vt longiores ſint.

30. *PRIMVLA* foliis ouatis glabris, integerrimis, vmbellis paucifloris nutantibus T. XLVI. f. 1.

Primula veris rubro flore, longo pediculo insidente, et folio vtrinque viridi **Ind. Ien.** 806.

Primula veris rubro flore, vnico vel duplici folio, subrotundo, vtrinque viridi, STELL. *Irc.* 66.

Folia plerumque latiora habet, ac vulgaris, et subrotunda, non raro tamen ad eandem formam accedunt, vtrinque viridia, vix venosa, integerrima, longis pediculis insidentia. Caulis perpetuo elatior et tenuior, saepe dodrantalis, vmbellae nutantes, pauciflorae, florum laciniis inaequalibus.

Ab *Obo* fluuio ad *Transbaicalenses* vsque regiones, in pratis humilioribus occurrit. STELLERVS etiam *Ircutiae* in pratis ad pontem sublicium, qua itur *Katschegam* et ad *Baicalem* lacum inter saxa, ab alluuione vndarum humida, vt et ad ostia *Buguldeichae Maximichae* et *Bargusini* fluuiorum inuenit.

31. *PRIMVLA* foliis ouatis glabris, supra serrato-dentatis, vmbellis paucifloris, erectis.

Priori simillima, sed foliis serratis dentatisque fere rhomboidalibus atque vmbellis erectis distincta. Icon STELLERIANA perdita est, nec audeo ad siccata specimina, quae optima non sunt, aliam exhibere.

STELLERVS Iacutiae et ab-hinc ad *Aldanum* vsque ad lacus frequentissimam obseruauit. Ad *Iatam* fluui-

fluuium exempla inuenit cubitalis altitudinis. Varietatem etiam vidit foliis ex atro-rubentibus.

32. *PRIMVLA* foliis rugosis, hirsutis, spica inclinata, flore pallido maiore, inodoro, HALL. *Helu.* 483.

A *Iaico* ad *Obum* vsque copiosa est; hinc rarior euadit, vt ad *Ienifeam* non amplius supersit.

33. *PRIMVLA* foliis petiolatis cordatis sublobatis crenatis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 206. *n.* 7. T. XLV. 1.

Mira planta, quae hybridam naturam vndique loquitur, nata quippe, vt videtur ex coitu auriculae cum cortusa.

Radix fibrosa. Folia ad eam multa, pediculis biuncialibus, et triuncialibus, intermixta lanugine pilosis fulta, pallide viridia, mollia et rugosa in oris crispa pulchre nec profunde laciniata, inferiori extremo latiora, superiori angustiora, ibidemque obtusa, infra ad venas pilosa. P. *Auriculae* foliis simillima. Caules semipedales, breuibus pilis obsiti, foliolis 4 aut 5 vix lineam longis, angustis, oblongis, in orbem dispositis, extremum versus cincti, e quorum singulorum alis pediculi trientem vnciae longi surgunt, quibus totidem insident flores purpurei, interdum sature, interdum remisse purpurei, vmbilico flauescente, superne plerumque in quinque interdum in sex lacinias, hiante fissura in extremo cordis in modum fissas, planas, diuisi

L 3 desi-

desinentes in tubum, longum semiuncialem, superiori extremo turgidum, inferiori comprehensum a calyce breviore quam in primula, longiore quam in auricula vrsi, ad dimidiam vsque partem in totidem lacinias secto, quot floris sunt laciniae, viridi. Stamina 5 viridescentia, antheris luteis instructa, parietibus tubi ad locum turgiditatis incipientis intus adfixa, ad terminum huius desinentia. Ouarium in infima parte floris situm in tubam pallidissime virentem, oblongam desinit, stigmate globoso terminatam. Interdum caules vnico flore terminantur, pediculo florifero ex ala minimi folii surgente, cui et alterum adiungitur, in quo nodus florifer residet, qui ad euolutionem nunquam peruenire videtur. Siluulam montosam ad *Ieniseam* supra *Krasnoiarium* ornat.

34. *LYSIMACHIA* paniculata, racemis terminalibus, LIN. *Sp. pl. p.* 209. *n.* 1.

Lysimachia lutea maior, BAVH. *piu.* 245.

In omni *Sibiria* nascitur.

35. *LYSIMACHIA* foliis subquaternis, pedunculis verticillatis vnifloris, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 210. *n.* 6.

Lysimachia lutea II. CLVS. *Hist.* 2. *p.* 52. *f.* 2.

Lysimachia salicis folio, AMM. *Ruth.* 28. *et Ind. Irc.*

Deseria

Deſerta ad *Angaram* et in regionibus *transbaica-lenſibus* habitat.

36. *LYSIMACHIA* racemis lateralibus pedunculatis.

Lyſimachia bifolia flore globoſo, luteo, BAVH. *pin.* 242.

In omni *Sibiria* naſcitur.

37. *ANAGALLIS* maritima, folio glabro, ſuccido, ſplendente, flore - albido flaueſcente, STELL. *Och.* 50.

Propono plantam vt ab aliis obſeruetur. Occurrit ea ad littus ſaboloſum oceani orientalis *Ochotii*, et in *Camtſchatka*.

38. *GLAVX* LIN. *Sp. pl.* 1. 301. *n.* 1. ROY. *lugd.* 417.

In omni *Sibiria* naſcitur, lacus ſalſos praecipue, et loca ſalis adſpergine foecunda amans.

39. *PHLOX* foliis linearibus villoſis, pedunculis ternis, LIN. *Am. ac.* 2. *p.* 243. *Sp. pl.* 217. *n.* 9. T. XLVI. II.

Aliſma cariophilleis foliis, GM. *Ind. Len.* 335.

Plumbago pſyllii folio, flore rubro, STELL. *Irc.* 92.

Radix tenuis longius radicata, albens, perennis. Cauliculi plurimi biunciales et palmares foliis veſtiti plurimis, ex eodem centro prodeuntibus, linearibus, infer-

inſerne piloſis, ſucculentis, laete viridibus. Ex alis ſummis duo ad quatuor pedunculi, plus minus vnciales, hirſuti, dilute virides, quorum ſinguli ſuſtinent florem purpuraſcentem, dilutius modo, modo intenſius, infundibuliformem, ſuperne expanſum et planum, laciniis quatuor ad ſex, extremitate ſubrotundis ſaepe et cordiformibus. Stigma tripartitum, non revolutum. Antherae erectae. Duo ſtamina inferius ſita. Calyx dilute viridis cylindricus, hirſutus, in tot ſegmenta diuiſus, in quot corolla abire ſolet. Fructus ouato - acuminatus, tricapſularis.

Eadem flore albo, verſus fundum ſtriis 10 breuioribus purpuraſcentibus picto. Planta verna eſt, ita tamen vt ad autumnum vsque floreat campeſtria loca amans, ad *Barguſinum* fluuium ad *Lenam* et abhinc ad orientale vsque mare.

40. *CLAYTONIA* foliis lanceolatis, GM. Mſt.

Claytonia foliis linearibus, *Claytonia Gron. virg.* 25. LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 294. *n.* 1.

Belia folia oblongo, *flore roſeo*, STELLER. *Ochot.* 296.

Eadem flore candido.

Intra ſeptem montium valles in via, qua itur ab *Aldano*, *Ochotium* verſus, in muſcoſis humidis locis frequentem inuenit STELLERVS. Conſtare ſibi tum temporis de *Claytoniae* genere non poterat, nouum propterea iuſtiſſima de cauſa condens, illudque *Beliae* nomine inſigniens a loco natali, biela fluuio deſumpto.

Radix

Radix pro aetate plantae varie craſſa, palmaris et ſaepe dodrantalis, ſucculenta, ſub muſcis deliteſcens. Caulis vnus ad octo, palmares et dodrantales, teretes ſubtus rubentes, ſuperne virides. Folia e corona radicis multa, forma chamaenerii vulgaris, caulina vnum vel alterum par breuius et anguſtius abſoluit. Pedunculi floriferi tam e ſummo caule, quam ſecundum longitudinem, dimidiam lineam longi. Flores pentapetali coloris roſei, pericarpium biualue, bifariam dehiſcens. Semina tria.

41. *CLAYTONIA* foliis ouatis, LIN. *H. II.* 52. *Sp. pl.* 1. 294. *n.* 2.

Paucis mutatis optimi STELLERI deſcriptionem ad plantas viuas ſylueſtres concinnatam exhibeo.

Deſcribit plantam ſub nomine: *Limnanthemi, plantaginis folio, flore rubro, Cat. pl. Amer.* 16. dicitque frequentem occurrere circa paludes, ſtagnoſa, et in locis vliginoſis, aquoſis tam ad *promontorium Eliae* quam in inſulis Aſiam et Americam ſub latitudine 55 ad 60 gradus interiacentibus.

Radix vncialis, teres, calami anſerini craſſitie intus et extus purpuraſcens, fibris capillaribus albis aucta. Caules ex ea 1 ad 4 humiiacentes, cubitales, teretes, pallide virides, ſucculenti, infirmi, flexiles, et fragiles, vnico ſaltem foliorum ouatorum pari, in tertia caulis parte, non procul a floribus ſito folioſi. Flores plures tam e ſummo caule, quam vndique ex lateribus, longitudinis vnius pollicis ad tres, innixi

 pedi-

pediculis, biuncialibus circiter, gracilibus, erectis modo, modo pendentibus terminalibus in vmbellae formam dispositis, lateralibus solitariis, aut raro ex adverso binis. Foliola ad pediculos reliquis foliis dissimilia, minuta vnam aut duas lineas longa. Flores purpurei rubentes, pentapetali rosacei. Petala tenera apice subrotunda, ac tantillum incisa. Stamina quinque candida e petalorum vnguibus enata, antheris purpureis, inferne bifidis, oblique secundum longitudinem incumbentibus. Germen sphaericum. Stigma trifidum. Fructus ouato-acuminatus, ventricosus, lineam vnam longus, trifariam dehiscens, seminibus tribus foetus, milii grani magnitudine, nigris, splendentibus, lenticularibus, infimae parti, mediante breui funiculo puniceo adfixis. Calyx in virore suo vsque ad maturitatem persistit. Floret planta a medio Iunii vsque ad initium Septembris.

42. *DROSERA* scapis radicatis, foliis orbiculatis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 402. *n.* 1. *cum syn.*

Vbiuis in vdis locis per omnem *Sibiriam* occurrit.

43. *DROSERA* scapis radicatis, foliis oblongis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 403. *n.* 2.

Salsirora siue sponsa salisf. Ros Solis, s. Rorella Thal. Ib. t. 9. f. 2.

Iisdem cum priori locis, sed frequentior occurrit.

44.

44. *PARNASSIA* LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 391. *n.* 1. *cum ſyn.*

In omni *Sibiria* frequens eſt, Ruſſis перелойная трава audit, et decocto illius in ſtranguria et calculo vtuntur.

45. *VERBASCVM* foliis vtrinque tomentoſis decurrentibus, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 252. *n.* 1.

Verbascum mas latifolium luteum, BAVH. *pin.* 239.

Verbascum latius dod. pempt. 143.

Idem ſpica multiplici.

Ab *Iaico* ad *Ieniſeam* vsque in campis apricis naſcitur. Incolis степной зверобой dicitur, et contra omnis generis morbos valere creditur.

46. *VERBASCVM* foliis oblongo-cordatis petiolatis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 253. *n.* 4.

Verbaſcum nigrum flore paruo, apicibus purpureis, I. B. III. 873. *Ind. Ien.* 828.

Verbaſcum nigrum flore ex luteo purpuraſcente, BAVH. *pin.* 240.

Verbaſcum nigrum perenne, flore albo, ſtaminibus purpureis, VAILL. 199.

Verbaſcum foliis ſerratis, ſuperne rugoſis, inferne ſubhirſutis, petiolatis ramoſis, ſtaminum barba purpuraſcente. HALL. *Helu.* 511.

 Idem

Idem humilius, flore infundibuliformi herbaceo, paſſim prolifero *Ind. Ien. l. c.* T. XLVII.

Flores ſulphurei, ſtamina lanugine purpurea villoſa. Antherae croceae. Folia viridia quidem, ſed vtrinque in primis autem inferne lanuginoſa. Flores non raro purpuraſcentes.

Iisdem cum priori locis occurrit.

Varietas I. maxime ſingularis eſt, et icone, vt videtur digna. Enaſcitur ex radicibus annoſiorum iuniorumque plantarum. Singuli flores pediculis ſat longis ſuſtentantur, a forma reliquorum plane abludentes. Androgyni alii ſunt, alii maſculi vel neutri, cauliculos non raro protrudentes, foliis aut flore veſtitos. Caules tenues, tenaces, ramoſiſſimi, toti purpurei. Folia anguſtiora, plerumque rubentia, minus lanuginoſa.

In icone (*a. b. c. d*) varia florum genera ſiſtuntur, quae haec varietas producit.

Ab incolis dicitur трава о трѣхъ цвѣтахъ et in epilepſia infantum multi vſus eſſe perhibetur. Flores recentes triti, vulnerique recenti impoſiti perſanare illud dicuntur, floribus etiam oleum adfundunt, coquunt eiusque virtutem vulnerariam multis laudibus extollunt.

47. *VERBASCVM* foliis glabris indiuiſis, ROY. *pr.* 422.

A

A *Iaico* ad *Obum* fluuium nafcitur.

48. *HYOSCYAMVS* floribus amplexicaulibus, finuatis, floribus feffilibus, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 257. *n.* 1. R. *pr.* 422.

Hyofcyamus vulgaris et niger, BAVH. *pin.* 169.

Nafcitur in omni Sibiria et Ruffice белена трава dicitur. Rutheni per *Ruffiam* et *Sibiriam* folia et flores cum radicibus balneorum fornacibus fuperiniciunt, aut propter iocum aut propter alias rationes, quo lauantes in balneo in foporem, intregum nyctimeron durantem, aut vefaniam ludicram ad aliquot horas coniiciant. MESSERSCHM. puluere huius plantae in dentes cariofos infperfo, iidem contra dolores inde orientes vtuntur. ID.

49. *HYOSCYAMVS* foliolis ouatis integerrimis, calycibus inflatis fubglobis, LIN. *Sp pl.* 1. *p.* 258. *n.* 6.

Hyofcyamus calycibus inflatis, GM. *Mft.*

Planta incertae fedis ad cataractas angarae nafcens, *Ind. Ien.*

Caulis lanugine alba, aliquantum crispa, fuperiora verfus in primis, hirfutus, fuccofus, teres, l. leuiter angulofus, pallide viridis. Folia ad caulem multa, attactu pinguia, non tamen ita crifpa, vt in hoc genere effe folent, obfolete viridia, apices verfus

 leui-

leuiter fuſca infra ad venas purpuraſcentia, cordata et cordato-oblonga ſcil. ad inſertionem petioli emarginata, petiolis hiſpidis, vix duas tertias pollicis partes longis, leuiter alatis, infra conuexis, ſupra planis. In ſingulis porro foliorum alis, duo foliola exigua lanceolata inſident.

Flores in ſummo caule capitati, ſeſſiles. Calyx breui lana hiſpidus, e viridi obſolete purpuraſcens, quinquedentatus, cylindricus fere, aut ſaltem infra parum ventricoſus, corolla infundibuliformis, vix ad ſenſum irregularis, limbo in quinque lacinias profundas inciſo, laciniis anguſtis, ſtylus gracilis, calycis longitudine. Stamina corollae, violacea, ſubulata, antheris quadrifariam ſulcatis, obſolete violaceis inſtructa. Pollen antheralis albeſcens. Ouarium ſtaminibus longius, purpuraſcens, primo rectum, tum aſcendens. Stigma candicans, ſulcatum. Color corollae e caeruleo purpureus, in vmbilico ſaturior, laciniarum extremitatibus dilutior.

Ad Angaram et Tunguſcam naſcitur, ſed deſcriptio ad viuum in horto exemplum facta eſt.

50. *SOLANVM* caule inermi, fruteſcente, flexuoſo, foliis ſuperioribus haſtatis, racemis cymoſis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 264. 5. ROY. *l.* 224.
Solanum ſcandens ſeu dulcamara, BAVH. *pin.* 167.

Tarae медвежїе ягоды dicitur, et incolae herbam atque baccas maturas aut immaturas conſcindunt, pabulo equorum immiſcent, vt eos contra bubones conſer-

conferuent, vel has maturent, purificentque quo posteriori etiam in casu baccas quoque solas, in mortario contusas, buboni adplicant.

Nascitur in omni *Sibiria*.

51. *CONVOLVVLVS* foliis linearibus acutis, caule ramoso subdichotomo, calycibus pilosis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 225. *n.* 13.

? *Conuoluulus linariae folio*, BAVH. *pin.* 295.

Conuoluulus foliis ex lineari-lanceolatis, incanis caule ramoso, GM. *Mst.*

Conuoluulus ramosus, erectus, argenteus minimus, AMM. *Ruth.* 6.

Habitu crescendi *Conu. lin. folio* exacte refert, sed cauliculi palmam non superant, et folia cum caule villosa et incana sunt. Ad *Ieniseam* et in *transbaicalensibus* regionibus occurrit.

52. *CONVOLVVLVS* foliis sagittatis vtrinque acutis, pedunculis vnifloris, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 218. *n.* 1. *El. Hort. Cliff.* 66. ROY. *pr.* 427.

Conuoluulus minor aruensis, BAVH. *pin.* 294.

Nostra planta variat foliis magis angustis, et basi magis hastatis.

Ab *Iaico* ad *Ieniseam* fluuium copiosissime nascitur. Egregius LERCHE eandem Astrachaniae obseruauit.

53. *CONVOLVVLVS* foliis ſagittatis, poſtice truncatis, pedunculis tetragonis vnifloris, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 218. *n.* 2. ROY. *p.* 427.

Conuoluulus maior albus, BAVH. *pin.* 294.

In omni *Sibiria* prouenit et cum priori eodem loco D. LERCHE collegit.

54. *CONVOLVVLVS* foliis ſagittato - acuminatis, poſtice auriculatis, floribus ex alis foliorum ſolitariis T. XLVIII.

Conuoluulus elatines folio acuminato, et ad baſin aurito, floribus ſpecioſis roſeis, STELL. *Irc.* 18.

Planta haec ad *Angaram* in regione *Ircutiae* vrbis loca ſterilia amat.

Radice gaudet longa, ſarmentoſa, geniculata, repente. Caulis teres, non nihil anguloſus, piloſus, volubilis. Folia ad eum nullo ordine diſpoſita, ſingularia, dimidium pollicem lata, ſesquipollices vel vltra longa, breuibus pediculis innixa, ad baſin auriculata, apicem verſus ſenſim acuminata, rugoſa, piloſa, prona parte cana. Pediculi foliorum ad ſummum caulem aequaliter diſtantes.

Flores ad latera caulis et in faſtigio ex alis foliorum ſolitarii monopetali, ſpecioſi, erecti, aut aliquantum inclinati, coloris roſei; filamenta alba, verſus apicem purpuraſcentia. Antherae albae. Pericarpium vnicapſulare.

55.

55. *MENYANTHES* foliis ternatis, LIN. *Sp. pl.* 1. 208. *n.* 3. *cum ſyn.*

Menyanthes paluſtre, triphyllum, latifoliumet anguſtifolium, I. R. H. 115.

Naſcitur in omni Sibiria.

56. *MENYANTHES* foliis cordatis integerrimis, corollis ciliatis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 207. *n.* 1. *cum. ſyn.*

Nymphoides aquis innatans, I. R. H. 115.

In omni Sibiria non tamen admodum frequens occurrit.

57. *VIOLA* caule triquetro, diffuſo, foliis oblongis inciſis, ſtipulis dentatis, *Fl. Suec.* 721. LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1326. *n.* 15.

Viola bicolor aruenſis, BAVH. *pin.* 200. *flore candido obluteo.*

Viola bicolor aruenſis humilior et folio latiore calcareque floris caeruleſcente Ind. Ien.

Bicolor varietas in omni Sibiria frequens eſt, tricolor in Iſetenſi prouincia paſſim occurrit.

58. *VIOLA* caulibus erectis, foliis cordatis oblongis, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1325. *n.* 11.

Viola martia arboreſcens purpurea, BAVH. *pin.* 199.

Viola foliis ouato-lanceolatis, caulibus erectis, stipulis dentatis, ROY. *Lugd.* 410.

In omni *Sibiria* prouenit, regionibus tamen orientalibus magis familiaris.

59. *VIOLA* caule adultiore adscendente, foliis oblongo-cordatis, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1324. *n.* 9. T. XLIX. I.

Viola martia inodora siluestris minor, calcare floris luteolo, *Ind. Ien.*

Foliis mucronatis oblongis et strictioribus ib.

I. Eadem foliis inferioribus reniformibus.

Viola palustris rotundifolia glabra, RAY *Sin.* 3. 364.

Viola verna nudicaulis, tenui, rotundo et splendente folio GM. *Ind. Irc.*

In omni *Sibiria* frequens est.

60. *VIOLA* acaulis foliis cordatis, stolonibus reptantibus, LIN. *Sp. pl. I. h.* 1324. *n.* 8.

Viola odorata, RENCATM. *Sp* 140.

In *Isetensi* prouincia passim occurrit, minus odora, quam in Germania.

61. *VIOLA* caule bifloro, foliis reniformibus serratis LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1326. *n.* 18.

Viola

Viola alpina rotundifolia lutea, BAVH. *pin.* 199. *Ind. Ien.* 919.

Viola foliis reniformibus, pedunculis caulinis Fl. lapp. 276.

Viola foliis reniformibus, caulibus foliosis floriferis HALL. *Helu.* 520.

In regione *Mangaseae* vrbis copiosa nascitur. Inter *Iacutiam* et *Ochotium* vrbes STELLERVS. collegit. Breui a floris tempore fructum maturat.

62. *VIOLA* acaulis flore foliis multo maiore, HALL. *Helu.* 502

Viola pumila rupestris, flore purpureo amplo, foliolis oblongis, STELL. *Irc.* 573.

STELLERVS in vertice rupis, decem stadia a *Bargusinensi* munimento ad *Banoi* riui fontes sub finem Augusti laete florentem inuenit.

63 *VIOLA* acaulis foliis ex cordato-oblonge ellipticis vix crenatis.

Viola verna nudicaulis, longifolia glabra et elatior, GM. *Ind. Irc.*

In regione *Ircutiae* vrbis nascitur, sed videtur tamen sequentis varietas esse.

64. *VIOLA* acaulis foliis lanceolatis; crenatis, hirsutis, T. XLIX. II.

Viola verna nudicaulis, longifolia, hirsuta et pumila, GM. *Ind. Ien. et Irc.*

Viola autumnalis foliis oblongis, mucronatis, flore purpureo, et flore pallide caeruleo, STELL. *Irc.* 580. 581.

Viola acaulis foliis lanceolatis, crenatis, LIN. *Sp. pl.* 1323. *n.* 4.

Sero floret. Folia petiolis multo longiora, et flores ampli. Ibidem occurrit, qua prior, ſed ſiccioribus tantum locis.

65. *VIOLA* acaulis, foliis digitatis, T. XILX. III. GM.

Viola verna nudicaulis folio digitato, IRC. 426.

Duo ex radice plerumque caules ſurgunt, quorum vnus craſſior et glaber, flores, alter tenuior et hirſutus, folia ſuſtinet, ſi quatuor ſurgunt, duo eorum flores, et duo folia gerunt. Pedunculi floriferi circa medium vna vel altera minutiſſima, folioſa lacinia veſtiuntur, ſingulique ſingulos in extremitate flores gerunt, pallide caeruleos, lineisque ſaturatioribus pictos. Flore iam interitui proximo, nunc demum circumpoſita alteri cauli folia explicantur, quae prius ſemper conuoluta fuerunt, finduntur in quinque et raro in quatuor folia ſeparata, ex eodem centro prodeuntia, longitudinalibus et non nullis etiam transuerſalibus diſtincta, extremitate venis vtrinque acuta,

acuta, ad oras raris, nec profundis dentibus serrata, laete viridia, prona parte pallidiora et splendentia, numerosisque albis pilis hirsuta. Accidit interdum vt vnum vel alterum ex his foliis in aliquot profundas lacinias subdiuisum sit. Ruthenice dicitur доброза трава, eodem cum priori loco habitans.

66. *VIOLA* acaulis foliis pinnatifidis, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1313. *n.* 3.

Viola alpina folio in plures partes dissecto, BAVH. *pin.* 199.

Viola martia inodora folio instar petroselini, eleganter insecto, A. N. C. *V. III. n.* 3. *p.* 355.

Viola acaulis foliis multifidis, laciniis linearibus, GM. *Inst.*

Ab *Ienisea* vsque ad *Lenam* copiose occurrit.

67. *VIOLA* caule vnifloro, foliis cordatis dentatis, LIN. *Sp. pl.* 1327. *n.* 19. T. XLIX. V.

Viola lutea grandiflora anemonoides, maluae folio, GM. *Ind. Irc* 425.

Viola caulibus erectis vnifloris, foliis inaequaliter serratis, infimis reniformibus, summis mucronatis, GM. *Inst.*

Radix fibrosa. Petioli ad eam multi, plurimis foliorum rudimentis stipati: caulis inter eos plerumque vnus, sed et duo vel plures, angulosi, obsolete pubescentes, singulo gerente in fastigio tria folia, similia

milia radicalibus illis in ſe inuolutis. Ex horum foliorum ſinu breuis pediculus ſurgit, qui in cacumine florem vnicum ſpecioſum flaueſcentem vel ſulphureum gerit, cuius duo ſuprema petala omnium ampliſſima, lateralia minora, inferius omnium minimum, ſunt: haec tria poſteriora ſtriis quibusdam, violaceis, brevioribus partim, partim longioribus, a fundo vsque fere ad mediam partem exornantur, praeterea lateralia petala non procul a fundo lanae pubeſcentis ſpecie pubeſcunt. Hicque ſtatus eſt plantae, primo vere. Altero anno folia tam radicalia, quam ſuperiora paulatim explicantur, petiolis foliorum longe excreſcentibus maturo fructu ſaepe ſemipedalibus. Caulina folia a ſemet inuicem ſeparantur. Venoſa euadunt, ad oras profunde et late ſerrata, vtrinque hirſuta. Radicalia plerumque ſubrotunda ſunt, latiora, longe mucronata et inaequaliter dentata ranunculi verni ſyluatici foliis ad radicem exeuntibus, ſimilia ſed ampliora. Superiora minora ſunt, infimum deſcriptorum formam adfectat, ſed duo anteriora oblonga e lata baſi in mucronem producuntur. A *Tomo* fluuio vsque ad *Lenam* frequentiſſima eſt.

68. *IMPATIENS* pedunculis multifloris, ſolitariis, foliis ouatis, geniculis caulinis tumentibus, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1329. *n.* 7.

Balſamina lutea, *ſ. noli me tangere*, BAVH. *pin.* 306.

In omni *Sibiria* naſcitur.

69.

69. *POLEMONIVM* foliis pinnatis, floribus erectis calicibus corollae tubo longioribus, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 230. *n.* 1.

I. Caulibus et calycibus lanatis. T. L.

Ruſſice верьховой ладанъ dicitur, in vlceribus lui venereae natales debentibus, puluerem inſpergunt, aut et doloribus paſſim in corpore ortis, vbi luis ſuspicio eſt, cataplasma ex hac planta imponunt, vbi vlcus breui maturari, atque rumpi adſeuerant. Diſtincta varietas eſt, caulibus et calycibus lanatis, ſaepe iam et a nobis in itinere viſa. Flores maiores ſunt. Caules minus anguloſi. Calyces denſa lana obuoluti, differt et natali loco. Species in omni *Sibiria* naſcitur. Varietas ad *Lenam* demum fluuium occurrit, et abhinc ad *Oceanum Orientalem* vsque in Americam ſeptentrionalem inuenitur.

70. *GENTIANA* corollis quinquefidis, campanulatis, oppoſitis, pedunculatis, foliis linearibus, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 330. *n.* 5. T. LI. A.

Gentiana paluſtris anguſtifolia, BAVH. *pin.* 188.

Magna eſt in foliis varietas vel linearibus vel lanceolatis vel variam inter vtramque hanc dimenſionem rationem habentibns. Sed acuminata ſemper ſunt. Flores caerulei vel maiores vel minores. Ruthenis звѣробой dicitur, et reliquarum plantarum inſtar, quae eodem nomine donantur, in verberibus contuſionibusque forma decocti vſurpatur. Floribus verticillatis gaudet.

71.

71. *GENTIANA* corollis quadrifidis, imberbibus, sessilibus, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 334. *n.* 15.

Gentiana cruciata, BAVH. *pist.* 188.

In *Isetensi* prouincia ad *Irtim* vsque frequens est, ad hunc tamen rara fit.

72. *GENTIANA* floribus confertis, terminatricibus, sessilibus, corollis quadrifidis et quinquefidis foliis lanceolatis, caule procumbente, media parte nudo T. LII.

Gentiana floribus confertis, terminatricibus, corollis quadrifidis imberbibus foliis lanceolatis in imo et summo caule intermedia parte nuda, GM. *Inst.*

Gentiana cruciata supina, minor, angustifolia, floribus sulphureis, AMM. *Ruth.*

Gentiana cruciata procumbens, longo folio, GM. *Ind. Irc.* 346.

Radix in latum expansa, multis albentibus fibris stipata, viticulae speciem format, vltra dimidium saepe pedem in terra transuersim repentem. Caulis singularis aut duplex, crassus, rotundus, procumbens, tribus vel quatuor foliorum oppositorum paribus vestitus. Folia radicalia saepe semipedalia, caulina semper minora. Latitudo eorum pro altitudine plantae, et pro solis ratione variat. Mucronata sunt, pallide viridia, inferne tamen magis. In fastigio caulis exiguorum foliorum alis

alis flores ſeſſiles, verticillatim diſpoſiti inſident, extus intenſe caerulei, in quatuor vel quinque rotundas lacinias ſuperius ſecti.

A *Gentiana cruciata* n. 71 foliorum figura et caule medio nudo et procumbente differt. Analogiam quoque habet cum G. *virginiana ſaponariae folio, flore longiore.* Moriſſ. 5. 12. *t.* 5. *f.* 4. ſed haec folia habet exacte ouata, obtuſiuſcula, multo breuiora, flores longiores, et ſuperius in ſpecioſum corymbum congeſtos.

Ab *Angara* et hinc in *transbaicalenſes* vsque regiones, et ad *Lenam* vsque frequens eſt. Exemplum quo AMMANNVS ad deſcriptionem vſus fuerat, erat ex maxime macris, quae natura unqnam produxit. Ruthenis iterum звѣробой dicitur.

73. *GENTIANA* corollis quadrifidis, margine ciliatis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 334. *n.* 24.

Gentiana caerulea oris piloſis, I. R. H. *et* BAVH. *pin.* 108.

Gentiana caerulea florum marginibus piloſis, foliis anguſtiſſimis gramineis, AMM. *Ruth.* 2.

Eadem pumila.

In omni *Sibiria* naſcitur. Varietas, ad *Ircutum* et ad *Aieuum* fluuios occurrit, ſed differentia notabilis nulla ſubeſt. Ea etiam, quam AMMANNVS propter graminea folia a vulgari ſeparauit, non differt.

74. *GENTIANA* corollis quinquefidis hypocrateriformibus fauce barbatis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 334. *n.* 22.

Gentiana pratensis, caule lanuginoso, BAVH. *pin.* 158. *Ind. Irc.* 349. *Ien.* 738.

Eadem pumila T. LI. B.

Gentiana pumila, centaurii minoris folio, flore piloso, *Ind. Len.* 225. STELL. *Ocbot.* 5. 78.

Nascitur in omni *Sibiria*, et florum colore multas varietates subit, qui e *Camtschatca* missi sunt, amplissimi erant, varietas 1. insignis est, et corollis gaudet respectu plantae naturalis maioribus, prouenieus ad *Lenam* fluuium vsque ad mare orientale.

75. *GENTIANA* floribus terminantibus diaphanis, GM. *Inst.*

Gentiana rupestris, folio plantaginis angustifoliae, flore albo diaphano, striis et punctis caeruleis vario, STELL. *Irc.* 4.

Non videtur haec planta, nisi varietas. *G. pneumonanthes* esse, loco suo natali producta. Sed quemadmodum illa singularia multa habet, fusius hic e flora STELLERI ircutiensi, quae ad historiam ipsius pertinent, adferre, lectori non displicebit, iungendo optimi auctoris descriptionem; ita autem ille:

Gentiana haec in vertice rupium altissimarum circa *Bargusinum* hinc inde perpetua niue rigentinm

d. XXI. Aug. inuenta eſt. Radicem habet fibroſam, fibris candidis et diaphanis, ſub muſco, dimidiae vlnaris longitudine, in terra repentem. Ex ea numeroſiſſima, diuerſae longitudinis in orbem ſparguntur folia, longiſſima 5, breuiſſima 2, pollicum, lata ad ſummum $\frac{3}{10}$. pollicis, hinc anguſta, glabra, neruoſa, coſta ipſa radici adnata, 5 ad octo faſciculatim ex vno ramulo prodeunt, flauo-viridia, qualis plantarum, in hybernaculo adſeruatarum, primo vere color eſſe ſolet. E medio foliorum caulis ſurgunt, flauo-virides, teretes pro annoſitate plantae geniculati, ab vnico ad quatuor, duos et quinque pollices alti. Ad ſingula genicula caulis duo ex aduerſo alterno ordine eriguntur folia, ſub florendi tempus punicea, poſtea plane emarcida. E ſummo caules ſurgunt vnus ad quinque flores ſibi arcte incumbentes, faſciculoſi, campaniformes, patentes, multifidi, ſeſquipollicem longi. totidemque expanſo et diſciſſo flore in ſummitate lati, calice monophyllo albo, ſuperius quinquefido, inferius tubulato et diaphano comprehenſi. Floris fundo 5. adnaſcuntur ſtamina trigona, pyramidata, apices verſus acuminata, diaphana, caeruleſcentia, quibus antherae ſecundum longitudinem inſident. E mediis ſtaminibus adſcendit piſtillum fuſiforme, ouato-acuminatum, pollicare, violaceum, quod ſub medium Septembris in teſtam membranaceam abit, intra geminas ſuas valuas ſemina continentem fuſca, papyracea Planta haec, pergit, coloris plane ſingularis eſt, nihil cum colore aliarum ſpecierum analogi habentis, aemulatur veſicam piſcium anemiam diaphanam, ſtriis, et punctis plumbeis, liuidis viridibusque variam. Sed loci natalis facies,

in quo haec planta creuit, non ſine ſummo ſtupore a me contemplata eſt. Rupes vedelicet ad minimum 2000 orgyias elatae, vndique praeruptae, ſeptentrionem verſus aeterna niue tegebantur. Oras ſummas Laryx pumila, folio non deciduo, Betula pumila, Alnus, Salix, iam non ſaliens, ſed humillime in terra repens, velut ſertum ſenile caluitiem cingunt. Ipſum planum ſeu verticem rupis, tria circiter ſtadia Ruſſica longum vnum latum, nec planta elata, nec arbor ornat, ſed muſci ſolummodo caneſcentis, continua ſerie, veluti ſtragulo cooperitur, altitudine, dimidiam vlnam ſuperante. In ipſo meditullio ſaxa ingentis molis protuberant circulatim, intra haec reperitur lacus puriſſima lympha repletus, ſed piſcibus et inſectis orbus, diametro vnius leucae Ruſſice. Ad haec ſaxa, et muſcoſam lacus ripam haec noſtra Gentiana prouenit, et circa illam aliae minutae plantae, vt Geum foliis pulchre denticulatis, Androſace, Cariophyllata alpina chamaedris folio, Arenaria, Pedicularis achilleae folio, ita autem a naturali facie diclinarunt, (quod facile Gentianae accidere potuit) vt aegre non pro diuerſis habeantur. Ipſis e fiſſuris ſaxorum Betula pumila folio rotundo, et altera folio acuminato, Salix folio oblongo ſerrato criſpo enaſcuntur. Ipſae autem hae plantae non virebant, ſed ob auſtrum pallebant, flaueſcebant, vel ob formae exilitatem velut rubore ſuffundebantur. Ipſe STELLERVS pergit, ob aëris leuitatem locique raram faciem velut vigilans, grate ſommiabar, et plane me ita diſpoſitum ſenſi, qualis fuiſſe recordor, cum prima vice *Stahlbergae* profundo metallifodinarum ſtahlbergenſium immerſus in ſubterranea ſpectarem. Septentrionem

verſus

verſus luſtranti nix rubini inſtar ſplendens, ſoliſque radios aëre puriſſimo reflectens elonginquo intuenti iridis colores oſtendebat, ita vt haec attentus videns verum eſſe meminerim, quae Olaus de niue rubra tradidit, neque me quidquam afficiebat, niſi quod hos aqueos rubinos Gazophylacio artis et naturae academico eiusque ſpectatoribus curioſis colligere et communicare impoſſibile vidiſſem. Eodem tempore conſortio meo ruſtico, per microſcopium vermiculos pulicum inſtar, forma et colore, an Orypos Ariſtotelis et Bartholini? oſtenderam, quod licet laboris noſtri plerumque irriſor, hanc tamen paucis viſam rem, germanorum inuentionem, ſatis laudare non poterat. Longius procedentibus occurrebant cornua hinc inde variae molis, ideo, quod cerui rangiferi ineunte vere, ſenium exeuntes ea, tanquam gratiae pignora cano huic ſeni relinquere ſoleant dum muſco ipſis ſuo per hiemem largum alimentum praebuerit. Cernebatur quoque in tot cruentatis muſcoque implexis auium plumis vnguium aquilinarum ſeuities, adſcendentes rupem comitabatur nebula denſiſſima, quae vero, cum ad verticem perueneramus, ſolis radiis diſcuſſa fuit, poſtquam diſparuerat, intus ſudore perfuſos exterius rore ſuo irigauerat. Phaenomenon illud, quaſi montes matutino tempore vel pluviae fumum emitterent, iam aliter, ac ante credideram, ſe habere comperi, aer nempe humiditatibus grauidus dum ſe dimittit, et a vento, e vallibus flante, agitatur, paralaxi ad montes vicinos, veluti oculorum terminum refertur, ros autem et pluuia citus in montoſis decidunt, quam in camporum planis, (id quod ad oculos adparebat, olim nebula diſcuſſa, non

 pro-

procul a vertice abeſſem, ante me gramina iam maduerint, cum a tergo ſicca ſpatia diſtincte diſcernere valerem) ſic nunc in vertice conſtitutus aër iam puriſſimus erat, ſed fumantem aërem, ſupra *Barguſinum* fluuium in forma nubis caliginoſae oblongae cernebamus quae in medio clara erat, vbi oppoſito vallo duorum excelſorum montium parallela fuit: ita videbam, qua ratione nubes grauidae et agitatae a ventis et libratae ſenſim dimittebantur et diſparebant, dum ſupra fluuium omnium tardiſſime reſoluebantur, quod adſcenſui reciproco vaporum tribuo, nec raro contingit, per aliquot momenta nubes in forma pluuiae decidere in flumina, quae in continenti ſub forma roris mane decidit, et tempore pluuiae pluuiam tantillum prius in fluminibus obſeruari, quam in continenti, cuius ratio in propatulo eſt. Planta haec Gentiana ſc. ante deſcripta ruthenis ignorata, intenſi amaroris, et quid valeat viribus, experimentis ipſe didici. Ircutiam verſus ob mutuam diaetae rationem et autumnale ſedentarium vitae genus, adpetitum laeſum, proſtrationem virium et languorem ſummum ſentiebam, ita et poplites ob adſcentionem non poeticam, ſed ſatyricam rupium et montium dolebant, et intumeſcebant, vſus ſum decocto huius gentianae per aliquot dies, non tantum poplitis dolor et tumor euaneſcebat, ſed et adpetitus reſtituebatur, vrina euadebat turbida, albida, qualis oedematoſorum eſſe ſolet, et abunde excernebatur. Haec omnia STELLERVS.

76. *GENTIANA* corollis quinquefidis, infundibuliformibus ſeſſilibus, foliis margine membranaceis,

ceis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 332. *n.* 14. T. LIII. *f.* 1.

Gentiana humilis aquatica verna, GM. *Obs. in hist. nat*, 80. AMM. *Ruth.* 4. *t.* 1. *t.* 1.

Gentiana omnium minima montana, GM. *Ind. Ico.* 737.

I. Eadem flore albo.

Nihil fere eſt, quod AMMANNIANAE deſcriptioni addam, niſi meliorem iconem, cum nobis mutilatam dederit, pro varia locorum regione magis aut minus ramoſa eſt, in montoſis regionibus plerumque ramoſiſſima, ibidemque etiam foliis latioribus plicatis praedita, in paluſtribus ſaepe eadem facie occurrit, ſaepe etiam caulibus ſimplicibus, foliisque longiuſculis. Prouenit autem in omni *Sibiria* ad oceanum orientalem vsque

77. *SWERTIA* corollis quinquefidis, foliis radicalibus oualibus, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 328. *n.* 1.

Gentiana paluſtris latifolia, flore punctato, BAVH. *pin.* 188.

Gentianoides ſtellatum, plantaginis folio glabro, STELL. *Ochot.* 12.

Radix lignoſa calami olorini craſſitie, fibroſa, caulis cubitalis et altior, mox ad radicem emittens folia, plantaginis ad inſtar oualia, glabra, laete viridia. Folia caulina radicalibus ſimilia, remota. Flores monopetali in quinque lacinias fere ad fundum vsque diuiſi,

diuiſi, ſtellae in modum expanſi, quinque lineas in diametro lati, coloris intenſe purpurei. Germen ouato acuminatum pilis purpureis e baſi floris prodeuntibus, quaquauerſum cinctum.

Ad *Bielam* fluuium in ſyluis, vdis, et ad *Vracum* triginta ſtadia infra poſtremum vadum prouenit.

78. *SWERTIA* corollis quinquefidis, foliis lanceolato linearibus, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 328. *n.* 3. T. LII. *t.* 2.

Gentiana flore rotato, GM. *Ind. Ien.* 739.

Gentianoides ſtellatum, gratiolae folio flore caeruleo, STELL. *Irc.* 123. *Ochot.* 13.

Planta haec in paluſtribus ad ANGARAE fluuii oſtium in lacum *Baical* et deinceps *Barguſini* occurrens, floret ab initio Auguſti ad medium vsque Septembris; occurrens caulibus, ſaepe tantum biuncialibus, ſaepe autem quoque ſemipedalibus et vltra, admodum ramoſis, multisque floribus onuſtis.

Radix fibroſa, alba, tenuis, leuiter ſaltem in muſco haerens. Caulis vel vnus vel duo, tres etiam et quatuor geniculati, quadranguli, plerumque virides, in aliis leuiter purpuraſcentes. Ad ſingula caulis genicula folia emittuntur, alterno ordine aequali, diſtincta, a ſemet inuicem remota, ſeſſilia lanceolato-linearia, acuminata, viridia, vtrinque glabra. Flores autem ramosque terminantes ſpecioſi, caerulei, ad centrum floris vsque in quinque lacinias aequales, vtrinque acuminatas diuiſi, rotati, calyce deciduo perſi-

perſiſtentes, ſubtus e caeruleo vireſcentes. Calyx quinquefolius, ſtellatus, laciniis corollam ſuperantibus. Germen ouatum acuminatum. Capſula vnilocularis, biualvis, ſingulis laciniarum vnguibus duo foliola nectarifera adnexa.

79. *SWERTIA* corollis quadrifidis ecornibus, LIN. *Am. ac.* 2. *p.* 345. *Sp. pl.* 1. *p.* 320. *n.* 5. T. LIII. 2. 3.

Tetragonanthos humilis, GM. *Ind. Irc.* 351.

Tetragonanthos humilis, valerianae folio, STELL. *Irc.* 122.

Planta haec in ſyluarum humiliorum Betuletorum praecipue locis vmbroſis gramineis et ad radices arborum propter *Ircutiam* Maio menſe et Iunio, omnium autem copioſiſſima in Betuleto, pago Malaia Rosvodnaia vicino, occurrit. Radix tenuis, napiformis, foris luteſcens, parum fibroſa, recta in terram demisſa. Cauliculi ex ea plures, ad exortum rubentes craſſiuſculi, interdum procumbentes, ſaepius erecti, bis vel ter geniculati, geniculo infimo tres fere conſtanter ramos emittente. Folia ex aduerſo bina, oblonga latiuſcula, longitudinalibus venis diſtincta. E ſingulis foliorum alis, ſinguli prodeunt pedunculi, plus minus vnciales, aut nudi, et in extremitate flore onuſti, aut ſecundum longitudinem, foliis aucti, quae ſingula et rurſus emittunt pediculos, flores ſuſtentantes. Pediculi plerumque incurui, floresque proinde penduli. Hi monopetali ſunt, in quatuor laci-

nias, apicibus coeuntes, et tunc floris pyramidis quadratae effigiem inducentes (*a*) non raro tamen a se inuicem recedentes ad fundum vsque secti (*b*). Ad singulas lacinias intus duo puncta viridescentia, ad oras non raro carneo colore tincta, ceterum ex albenti leviter lutescentia. Circa vmbilicum floris multa alba lanugo datur, e qua quatuor stamina, antheris spadiceis donata, enascuntur, ouario turgidulo, fere cylindrico, breui et simplici stylo instructo, quod maturum capsulam sistit, vnilocularem biualuem, singula valua duo semina, maiuscula, rotunda, fere papaueracea, continente. Calyx pallide viridis, in quatuor segmenta breuia, ex lato principio in acutum mucronem desinentia, fere ad fundum vsque sectus. Flos vsque ad seminis maturationem persistit. Semina aegerrime obtinentur; quam primum enim maturuere, capsula dehiscit, flos inuertitur, et semina, quae minuta valde sunt et fusca, effunduntur.

80. *SWERTIA* corollis quadrifidis, quadricornibus, LIN. *Amm. ac.* 2. *p.* 344. *Sp. pl.* 1. *p.* 328. *n.* 4. T. LIII. 4.

Swertia corollis quadrifidis, nectario incuruo ad singulas lacinias, GM. *Inst.*

Tetragonanthos elatior, flore calcaribus donato Ind. Irc. 350. STELL. *Irc.* 121.

Tetragonanthos hyperici folio, ind. Len. 240.

Radicula tenuis, annua, caules palmares, dodrantales et pedales, striati angulosi, non raro intorti. Folia opposita, vtrinque laete viridia, sessilia trinervia,

via, extremo caulis plerumque ſex. Ex ſingulis foliorum alis pediculi ſurgunt, plus minus vnciales, in extremitate florem gerentes, ſpecioſum, e viridi et luteo albentem, pyramidis quadratae forma, quadrifidum, ob ſegmenta ſuperius coeuntia fere clauſum, ſingula lacinia non procul a fundo calcarata, vt quadricornis videatur. Calcaria haec verſus ſuperiora aliquantum incurua ſunt, et per ſaepe, vti ipſae laciniae florum non nunquam, leuiter rubent.

Non raro haec planta ramoſa occurrit.

Syluis non ſpiſſis et betuletis praeſertim delectatur, ad *Angaram*, *Barguſinum* et inferiorem *Tunguſcam* vt et ad omnem *Baicalem* et ad *Oceanum Orientalem*, tam *Ochotii*, quam in Camtſchatca; planta tamen oceani orientalis humilior eſt, floresque non nihil turgidiores ſunt, quam in planta occidentalium magis regionum.

81. *LINVM* calycibus, capſulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule ſubſolitario, LIN. *Sp. pl.* 398. *n.* 7.

Linum aruenſe, BAVH. *pin.* 214.

In omni *Sibiria* occurrit, in occidentalibus tamen regionibus magis frequens eſt.

82. *LINVM* calycibus capſulisque obtuſiuſculis, foliis alternis, lanceolatis, integerrimis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 397. *n.* 2. MILL. *dict.* *t.* 166. *f.* 2.

P 2 *Linum*

Linum perenne maius, caeruleum, capitulo maiore, MORIS. *Hiſt.* 2. *p.* 573.

Naſcitur in omni *Sibiria* in *Camtſchatcam* vsque.

83. *EVONYMVS* floribus plerisque quadrifidis, LIN. *Sp.* 1. 286. 1.

GERBERVS prope *Lubnam* et prope *Aſouum* collegit.

84. *TAMARIX* floribus decandris ROY. *Lugd.* 435. LIN. *Sp. pl.* 1. 389. 2.

Tamariſcus Germanica LOB. *Ic.* 218.

D. LERCHE, quum ex *Aſtrachania Kiſlarum* verſus iter faceret, ad *Gorcam* fluuium inuenit.

85. *TRIENTALIS* foliis lanceolatis integerrimis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 488. *n.* 1.

Alſinanthemos THALII, *omn. Ind.*

In omni *Ruſſia* et *Sibiria* naſcitur.

86. *ALSINANTHEMOS* caulibus ab imo folioſis, foliis alternis, ex *Camtſchatca* miſſa eſt, vbi incolis *Camtſchadalis* Atſchuch, Tſchungutſch, dicitur, ſed videtur tantum trientalis vulgaris varietas leuidenſis eſſe.

87. *TRAPA* natans, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 175. *n.* 1.

Pano-

Panouer Tſieraua, RHERD. *Mal.* 11. *p. bſ.* *l.* 33.

Tribulus aquaticus BAVH. *pin.* 194. CAM. *Ep.* 715.

Tribuloides vulgare aquis innaſcens, TOVR. I. R. H. STELL. *Irc.* 437.

In *Tomo* fluuio atque in omnibus, illum influentibus, vt et in barguſino fluuio paſſim occurrit.

CLASSIS XVII.

DIPLOSANTHERAE.

1. ARBVTVS caulibus procumbentibus, foliis integerrimis, LIN. *fl. lapp.* 162. *t. b. f.* 3. *Sp. pl.* 1. 566. *n.* 5. ROY. *Lugd.* 440.

Vua vrsi, CLVS. *Hist.* 1. *p.* 63. OED. *dan. t.* 33.

Radix idaea putata et vua vrsi, BAVH. *Hist.* 1. *p.* 524.

In omni *Sibiria* nascitur, non tamem admodum copiose. Ibidem толокилика in Russia медвежїе ягоды dicta. Iacutis Ongochtach Oton audit, oton autem baccam denotat. Baccae maturae subdulces sunt, et tam a Russis, quam a Iacutis comeduntur. In. Russia, prope vrbem Toropez moris est, coria tenuiora vt vitulina foliis huius arbuti indurandi, sed non sufficit praeparando corio bouino, ibidem planta талагнаникъ dicitur. D. D. GVELDENSTEDT.

2. *ARBVTVS* caulibus procumbentibns, foliis rugosis serratis, LIN. *fl. lapp* 161. *Sp. pl.* 566. *n.* 4. ROY. *lugd.* 440.

Chamaerhodendros flore purpureo, specioso, magno, humilis repens, foliis rotundis, e viridi et fusco variegatis, STELL. *Ochot.* 505.

In

In regione *Kutſchakouenſis* fodinae intra catenam montium *Verchoturenſium* et in ſterilibus montoſis intra *Olecmenſe* munimentum, vt et *Ochotii* ad *Marecani* fluuii oſtium in collibus occurrit. Baccas magnas habet, rubras, apicem longiuſculum ex umbilico protrudentes, ſucci plenas, guſtuque fatuas, ſemina quinque calloſa, ſubrotunda, in meditullio recondentes.

3. *ANDROMEDA* pedunculis aggregatis, corollis ouatis, foliis alternis, lanceolatis reuolutis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 564. *n.* 5.

Polifolia, BVXB. *Comm. petr.* 2. *p.* 345. *Cent.* 5. *p.* 28. *t.* 49. *f.* 1.

Andromeda foliis alternis lanceolatis, margine reflexis, LIN. *fl lapp.* 163. *t.* 1. *f.* 3. *H. Cliff.* 163. ROY. *lugd.* 440.

Vitis idaeae. adfinis polifolia montana, OED. *dan. t.* 54.

Naſcitur in omni *Sibiria* folia per vetuſtatem lineis obliquis in totidem fere trapezia diuiduntur. Tale eſt exemplum, quod STELL. inter *Iacutia* et *Ochotium* vrbes legit.

4. *ANDROMEDA* racemis ſecundis foliaceis, corollis ſubcylindricis, foliis alternis lanceolatis, obtuſis, punctatis KRASCH. ing. 64. LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 565. *n.* 9.

Chamaedaphne BVXB. *Comm. petr.* 1. *p.* 241. *t.* 8. *f.* 1. GM. *Ind. Ien.* 250.

Chamae-

Chamaedaphne apicibus laciniarum floris rubellis GM. *Ind. Ien.* 251.

Floris calix duplex eſt, altero florem immediate, in ſex lacinias ad fundum vsque diuiſo, altero bifolio illi ſubiecto. Flores oblongi, minus candidi. Laciniis apice rubentibus, per dorſum ſaepenumero linea, obſolete rubra, picti, nutantes. Stamina decem alba. Antherae longae, e purpureo-rubentes, circumpoſitae ſtylo longo, ex albo viridi. Folia oualia, obtuſa, punctis adſperſa, ſubſtantiae coriaceae, coloris non admodum viridis.

In omni *Sibiria* occurrit, amans ſyluas montoſas, ad aquas ſtagnantes obuia.

5. *ANDROMEDA* pedunculis ſolitariis lateralibus, corollis campanulatis, foliis oppoſitis, obtuſis imbricatis, reuolutis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 563. *n.* 1.

Andromeda foliis triquetre imbricatis, obtuſis, ex alis florens, LIN. *fl. Lapp.* 166. *t.* 1. *f.* 4. *H. Cliff.* 163.

Erica flore albo, foliis breuibus, anguſtis, in caule quadrangulo ſquammatim ſibi incumbentibus, STELL. *Ochot.* 500.

In rupibus ad *Bielam* fluuium vt et Ochotii ad *Marecanum* menſe Iunio floret.

6. *ANDROMEDA* foliis aciformibus confertis, floribus corymboſis oblongis.

Frica

Erica folio iuniperi, floribus purpuraceis, oblongis, BVXB. *Cent. IV. p.* 25. T. XLI.

MESSERSCHMIDIVS ad *Tunguscam* inferiorem legit.

7. *ANDROMEDA* foliis aciformibus, floribus oblongis, pedunculis longioribus, ex alis.

Erica folio iuniperi alia, flore maiore, BVXB. *Cent. IV. p.* 26. T. XLII.

MESSERSCHMIDIVS eodem, quo priorem, loco inuenit.

8. *ANDROMEDA* pedunculis aggregatis, corollis ouatis foliis sparsis, linearibus, obtusis planis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 563. *n.* 3.

Andromeda foliis linearibus, obtusis, sparsis, LIN. *fl. lapp.* 165. *t.* 1. *f.* 5.

Erica folio abietis, flore arbuti, BVXB. *l. c. p.* 26. T. XLIII.

Andromeda foliis linearibus obtusis, floribus globosis, subsessilibus, in summis ramis congestis, GM. *Inst.*

Cum praecedente idem *b.* Vir inuenit.

9. *ANDROMEDA* foliis ouatis, vtrinque venosis, corollis campanulatis obliquis longissimis, T. LIV.

 ? *Cha-*

? *Chamaerhododendros pontica maxima, folio lauro cerasi*, TOVRN. Cor. 42.

Chamaerhododendros foliis ouatis venosis, GM. *Inst.*

Chamaerhododendros glabra, folio magno, subtus non rubiginoso, GM. *Ind. Len.*

Chamaerhododendros glabra, magno folio, subtus non rubiginoso, flore amplissimo, sulphureo, STELL. *Ochot.* 502.

? *Rhododendron, foliis nitidis, lanceolatis, vtrinque glabris, racemis terminalibus*, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 562. *n.* 5.

Frutex est procumbens, radice lignosa satis crassa in terra firmatus, lentis virgis surgens, duabus, tribus interdum etiam singulari, dodrantali et breuiore, cygni calamum aequante, cortice cinereo tecta, in aliquot ramos diuisa, quos folia vestiunt, ouata, obtusa, laurocerasi foliis simillima, nec et crassitie illis cedentia, pulchre venosa, vtrinque sed pallide, et inferne pallidius virida, a frigore non nunquam tota rubentia, breuibus pediculis insidentia, ex angustissimo principio in vnciale spatium expansa, et versus extremitatem rursus aliquantum contracta, oris tamen non acutis. E singulis foliorum alis coni egrediuntur e fusco-rubentes, teretes vel fere teretes e multis squamis oblongis et acutis conflati, quorum in singulis ramis supremus tres ad octo emittit, pedunculos, biunciales et longiores firmos, rectos, lutescentes, racemis seu potius capitulis floriferis terminati.

E

E mantiſſa plantarum STELLERIANA minus, aut plane non cognitarum ſequentia addere iuuabit: flores ampliſſimi monopetali, campaniformes patentes, vltra dimidium in quinque lacinias diuiſi, ſuperioribus tribus laciniis erectis, ac veluti galeam quandam formantibus, verſus fundum modo ſpadiceis, modo vinaceis, lineolis variegatis, inferioribus duabus deorſum labii ad inſtar propendentibus, ſtilus curuus deorſum flexus, vnciam vnam longus, et ſuperne proboſcidis elephantini ad inſtar tumidior, in quinque areolas virides diuiſus Ouarium ouale ſexangulum, hirſutum, albicans, cui circumponuntur decem ſtamina alba incurua, inaequalia, antheris candidis hirſutis dorſo ſuo ſtaminibus adhaerentibus, calyx nullus.

Frutex hic Ruſſis пьяная трава (piana trawa) audit, et magna copia prouenit a *Lena* fluuio ad *Ochotum* vsque, vt et in ipſis terris *Camtſchaticis*, atque in iugo palmario montium, quod fluuios in *Lenam* et *Amurem* labentes diſtinguit.

Magna illius fama eſt, PATRVO referente, apud venatores et glaciei Mariae foſſores, ad *Lenam* habitantes. Vti enim primis laborum ſuorum diebus facile delaſſantur, et a perpetuo inacceſſibilium fere montium adſcenſu in genubus praeſertim grauiſſimos dolores patiuntur, ita laſſitudine et doloribus potu decocti foliorum huius fruticis, per duos vel tres dies continuato medentur, multum inde ſe dormire, et quaſi inebriari, ſed breui ad ſolidiores labores ſuſtinendos aptiſſimos inde ſe euadere perhibent. Vnus ex

viae ducibus, qui itineri *Nertſchia* per iugum montium, quod vulgo, *Stanowoi chrebet* nuncupatur, ad *Vdae* fluuii, in oceanum orientalem ſe exonerantes, fontes, vna cum Geodaetis a PATRVO ablegati erant. Durante illius *Nertſchiae* commemoratione, ipſi retulit de herba, in eo iugo naſcente, floresque feſto Epiphaniae Chriſti producente, quae contra nouem corporis mala efficaciſſima ſit, re indagata compertum fuit, locutum fuiſſe hominem de Andromeda noſtra. Aliter de hac planta STELLERVS l. c. refert: floret *Ochotii* et in Camtſchatca circa initium Iunii, et falſum forte eſt, quod in *Sibiria* tradant, florere circa feſtum natiuitatis Chriſti, praecipue in montibus imperium Sinicum a Ruthenico diſcriminantibus, *Stanowoi chrebet* dictis, occurrit quoque circa lacum *baical*, et ad *Lenam* non niſi in ſummis rupium verticibus, quo magis vero ad *Oceanum* acceditur, eo humilior eſt, in terris autem *Camtſchaticis* et *Beringii* inſula, tam in ſummis rupibus, quam in locis depreſſis muſcoſis ad montium radices et ſtagna prouenit. Id nec omittendum eſt, inſigniter variare viribus ratione loci et climatis. In *Beringii* inſula epota et decocta nec phantaſias excitat, vt ad *Baical*, nec catharcticam efficaciam oſtendit, vt ad *Lenam*, verum potores, in anguſtias maximas coniecti ſunt, vt ſuffocationis periculum adfuerit, aliquot autem horis elapſis bene rurſus ſe habuerunt.

10. *ANDROMEDA* foliis ouatis, vtrinque punctatis, floribus patentibus ſubſeſſilibus, GM. *Inſt.*

Chamaerhododendros flore purpureo ſpecioſo, GM. *Obs. in hiſt. n.* 146. *Cha-*

Chamaerhododendros folio glabro maiuſculo amplo, flore roſeo, MESS. AMM. 161. T. XXVII.

Simillima eſt *Azaleae maculis ferrugineis ſubtus adſperſae fl. lapp.* 89. *t.* 6. *f.* 1. ſed flores maiores ſunt et ſpecioſiores et ſtamina numero conſtanter decem; caeterum ad librum AMMANNIANVM lectorem relego,

Naſcitur vberrime ab *Ieniſea* in *Transbaicalenſes* regiones et ad *Lenam* vsque in tractum *Bielae* et *Ianae* fluuiorum, in duobus tamen vltimis locis humilior eſt, quam in reliquis. Ruthenis audit Багульникъ, Buratis turoltſchi.

11. *AZALEA* foliis oualibus, ſupra rugoſis glabris, ſubtus tomentoſis coloratis, floribus capitatis, ſubſeſſilibus, V. LV.

Chamaerhododendros alpina glabra lentiſcifolia, TOVRN. I. R. H. STELL. *Ochot.* 503.

Azalea foliis infra ferrugineis, floribus capitatis, ſubſeſſilibus, GM. *Inſt.*

Multum et haec planta cum *Azalea lapponica* L. conuenit, magnitudine foliorum et floribus, ſed folia neutiquam vtrinque punctis excauata ſunt, vti in illa et in antecedente contingit, ſed ſubtus tamen ferruginea adparent. Rami quoque non ita diuaricati. Flores videntur albicantes eſſe.

In rupibus ſterilibus ad *Bielam* fluuium STELLERVS inuenit.

12. *AZALEA* ramis diffuſo - procumbentibus, LIN. *fl. lapp* 90. *t b. f.* 1. HALLL. HELV. 416. LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 215. *n.* 5.

Chamaeciſtus ſerpilli folia, floribus carneis, BAVH. *pin.* 566.

Chamaerhododendros alpina ſerpilli folia, TOVRN. I. R. H. STELL. *Ochot.* 504.

Chamaeciſtus VII. OED. *dan. t.* 9.

A *Biela* fluuio ad *Ochotium* vsque vt et in terris *Camtſchaticis* in locis planis muſcoſis cum Empetro affatim prouenit.

13. *CHAMAERHODODENDROS* Berberis folio, flore amplo roſeo, STELL. *mant.* 9. propono hanc plantam vt vlterius obſeruetur.

Haec ſunt B. inuentoris verba:

„ Prouenit haec elegans chamaerrhodendros ſpecies *Ochotii* in *Camtſchatca* et *Beringii* inſula in locis montoſis lutoſis affatim, florere incipit ſub finem Iulii ad finem Auguſti. Radice nititur lignoſa, ſarmentoſa repente, ſicca, foris fuſca, intus alba. Ramos ſpargit quam plurimos nodoſos, lignoſos, fuſcos, partim humifuſos, partim tantiſper ad horiſontem erectos: ramorum ſummitates terminantur, foliis in faſciculos congeſtis, ſupine intenſe viridibus, venoſis, ad oras quaqua-

quaquauerſum piloſis, Berberis foliis omnino ſimilibus, forma et magnitudine, auerſa parte pallidius virentibus: e quibusdam foliorum faſciculis pediculi egrediuntur, plus minus biunciales, teretes, piloſi, e viridi rubentes, vno alteroue breui foliolo veſtiti, ſuſtinentes flores plerumque binos, infundibuliformes, monopetalos patentes. Floris tubus breuiſſimus patens, laciniae quinque inaequales. E fundo floris ſurgit piſtillum ouale, quinquangulum, tuba purpurea, longa, hami ad inſtar incurnata, et extremo proboſcidis ad inſtar tumida. Stamina decem purpurea, inaequalia, quinque ſuperioribus breuioribus, inferioribus duplo longioribus. Anthe ae atro-purpureae, calix pentaphyllus piloſus, e viridi rubens, vnciam dimidiam longus, flos expanſus pollicem latior. Tres laciniae ſuperiores minus profundae, ac intenſius maculis purpureis ſiue lineolis variegatae. Fructus ouatus in quinque loculamenta totidemque capſulas diuiſus. Semina, quae ſub finem menſis ſebtembris matureſcunt, fuſca ſunt, minutiſſima.

Ex hac deſcriptione patet, plantam hanc ad Andromedas ſpectare.

14. *LEDVM fl. lapp.* 160.

Ciſtus ledum foliis Rosmarini ferrugineis, B. *pin. Ind. len.* 344.

In omni *Sibiria* vsque in *Camtſchatcam* naſcitur.

Folia in noſtris ſpeciminibus frequentiſſima. Dehiſcentes capſulas nunquam videre contigit.

15.

15. *PYROLA* ſtaminibus adſcendentibus piſtillo declinato, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 567. *n* 1.

Pyrola rotundifolia maior, BAVH. *pin.* 191.

Folia conſiſtentia variant, molli ſaepe, ſaepe dura; alia penitus rotunda ſunt, et alia leuiter mucronata cum obtuſitate. Altitudo caulium dodrantalis et pedalis. Spica florum modo breuior, modo longior, arctior modo, modo laxior, ſtylus incuruus longior et breuior. Folia quoque ampliſſima dantur, ſubtus rugoſa.

Naſcitur copioſiſſime in omni *Sibiria* vsque in *Camtſchatcam.*

16. *PYROLA* floribus racemoſis diſpermis, ſtamininibus piſtillisque rectis, LIN. *fl. ſuec.* 331. *Sp. pl.* 1. *p.* 567. *n.* 1. T. LVI. I.

Pyrola minor, RIVE. *dent.* 149.

Pyrola foliis obiter ſerratis, ſubrotundis racemoſis, floribus tuba erecta, HALL. *Helu.* 420.

Eadem foliis minoribus, firmioribus, ex albo-virentibus.

Etiam haec omni *Sibiriae* indigena eſt, priore tamen minus frequens, varietas 1. inſignis eſt, durior eius et rigidior habitus, humilior, folia minora, flores tamen ſaepe ampliores ex albido virentes ſpecie tamen differre non videtur.

Fre-

Frequens occurrit ad *Kanen* fluuium et Surguti etiam collecta est.

17. *PYROLA* racemo vnilaterali, LIN. *Suec.* 332. *Sp. pl.* 1. *p.* 567. *n.* 3. T. LVI. 2.

Admodum variat foliorum consistentia, conformatione et colore caulibusque altioribus et humilioribus. Est in omni *Sibiria* frequentissima.

18. *PYROLA* pedunculis subumbellatis, LIN. *Suec.* 333. *Sp. pl.* 1. *p.* 567. *n.* 4.

Pyrola frutescens Arbuti flore, BAVH. *pin.* 191.

In pinetis *Isetensis* prouinciae, praesertim in regione lacus *Tschebaris* frequens est. Alias autem in *Sibiria* non occurrit.

19. *PYROLA* scapo vnifloro, LIN. *fl. lapp.* 167. *Suec.* 334. HALL. *Helv.* 420.

Pyrola IV. OED. *dan.* *t.* 8.

In omni *Sibiria* nascitur.

20. *ERICA* Antheris bicornibus inclusis, corollis inaequalibus campanulatis mediocribus, foliis oppositis sagittatis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 501. *n.* 1.

In *Isetensi* prouincia passim occurrit, in reliqua autem *Sibiria* nusquam conspicitur.

21. *ERICA* foliis acerosis, glabris, imbricatis, squammatim caules amplexantibus, corollis campanulatis nutantibus, antheris bicornibus T. LVII. I.

Erica caulibus quadrangulis, squamosis, repens, conuallariae flore candido, STELL. *mant.* 12.

Planta haec est obseruata a STELLERO in locis decliuibus circa mare *Ochotii*, in terris Camtscaticis, et in infelici illa *Beringii* insula integros cespites cirrhatis suis ramis radicibusque occupans. Radicibus innititur siccis, sarmentosis lignosis, spadiceis foris, intus albis teretibus, ita arctis sibimet inuicem implexis, vt singulae plantae a se absque ruptura separari omnino haud possint. Caules ipsi terrae immittuntur, ibidemque radices agunt, e quibus egrediuntur rami quam plurimi in alios rursus diuisi, quibus adnascuntur foliola teretia, breuia squamarum ad instar ramos vndique cingentia, caulem quadrangulum efficientia, extus conuexa, parte autem cauli ramisque adpressa, concaua, sicca, intense viridia, commissuris autem suis albentia, eadem omnino ratione, ac in *Thuya* et *Cupresso*. Circa finem Iunii eriguntur pediculi e singulis fere ramis et commissuris foliorum, octo lineas longi, rubri, duobus vel tribus floribus onusti, Lilii Conuallii floribus simillimi, candidi, campaniformes, duas lineas longi, sesquilineam lati, in quinque vel sex lacinias superne secti, nutantes cinctique calice breui, quinquefido, vsque ad seminis maturitatem superstite. Pistillum globosum, viride. Stylus candi-

candidus vnam lineam longus, ſtamina circa germen octo, viridia, ad exortum latiora, ac ſenſim graciliora, plana. Antherae puniceae minutiſſimae, anterius duobus cirrhis albis ſeu cornubus inſtructae, referentes caput ſcarabaei minuti, cum antennulis ſuis e fronte protenſis. Eadem fere ratione, ac in floribus *Vitis ideae, foliis ſubrotundis non crenatis, baccis rubris*, TOVRN. I. H. R. cui et floribus planta reſpondet. Fructus globoſus, quinquefariam dehiſcens, ſemina ſphaerica, minuta, fuſca.

22. *ERICA* foliis aceroſis, glabris, imbricatis, floribus campaniformibus, baſi ventricoſis, antheris bifidis incluſis, T. LVII. 2.

Erica Iuniperi folio, flore vrceolato, intenſe rubente, STELL. *mant.* 13.

I. Eadem flore carneo.

II. Eadem flore candido.

Haec quoque planta, a ſolo STELLERO inuenta eſt, et quidem in ſterilibus, ſaxoſis, turfaceis, muſcoſis rupibus; vna cum empetro, a quo primo intuitu vix diſtinguere poterat, tam in terris *Camtſchaticis*, quam in *America*.

Radice ſerpit arida, lignoſa, intus alba, foris cortice fuſco obducta, fibris capillaribus breuiſſimis hinc inde aucta. Caules humi ſpargit pariter lignoſos, et cortice fuſco obductos, nudos, ſed in multos ramos

ſe diffundentes, e quibus extremi ſtipantur foliolis aceroſis glabris, imbricatis, magnitudine, forma colore, ſitu et conſiſtentia Iuniperi folia referentibus; pedunculi e ſummitate ramorum prodeuntes, duo, tres, quatuor, teretes, intenſe rubri, vnciam vnam longi, e quibus flos vnicus nutans pendet. Flores monopetali, campaniformes, vrceolati, ſuauiter rubentes, baſi ventricoſi, duas lineas longi, ſuperne in quinque laciniolas fiſſi, baſi aperti, et calyci pentaphyllo rubro inſidentes. Germen e fundo calycis et floris ſurgens. Stylus rectus purpuraſcens, paululum extra florem exſertus. Filamenta octo tenuia, leuiter purpuraſcentia receptaculo adnata. Antherae bifidae, longitudine fere ſtaminum, perpendiculariter inſidentes, incluſae nigrae. Capſula exigua, globoſa, quinquelocularis, quinquevaluis. Semen minutum ſpadiceum.

Not. Nolui, generum multiplicationem non amans, propter fructum quinquelocularem et quinque-valuem propterque corollam quinquefidam, calycemque pentaphyllum ſeparare has plantas 21 et 22. ab Ericae genere, cum reliqua reſpondeant omnia, et habitus, ſperoque lectorem calculum haud denegaturum fore ſuum.

BRYANTHVS.

Character Generis.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ouatum, erectum, coloratum, perſiſtens, in tot, quot corolla, lacinias fiſſum.

COR. Monopetala campanulata, patens, in quatuor, quinque vel ſex lacinias vltra dimidium diuiſa.

FILA-

FILAM. Filamenta quatuor ad ſex, filiformia, *Antherae* rubrae dorſo ſtaminum perpendiculariter adhaerentes, ſupina parte medio canaliculata.

PIST. *Ouarium* ſphaericum, *Stylus* filiformis, vltra corollam exſertus. *Stigma* nodoſum.

PER. Capſula ouato-acuminata, quinquelocularis, quinqueualuis.

SEM. Plurima rotunda.

INFL. *Corymbus* terminalis.

HABITVS Ericae.

Media forte planta inter *Ericam* et *Azaleam*, quae eſt *Tſutſuſi*, KAEMPF. *Amoeni. p.* 846-848. cum Ic.

23. *BRYANTHVS* T. LVII. 3.

Planta Ericae adfinis, repens, ſerpyllifolio, flore roſeo, STELL. *mant.* 10.

Elegantiſſimam hanc plantam optimo quoque STELLERO debemus, qui illam primo vere *Ochotii* et in *Camtſchatca*, tanquam vnicam caluarum rupium decus, ſi empetrum muſcumque excipias, deprehendit.

Radice ramisque gaudet lignoſis, foris fuſcis intus albis, ſub turfa Empetri radicibus implexa, et permultis ramis ſerpylli ad inſtar repente, foliola in caule aeque ac in ramis conferta alterna, rigida, craſſa perennia

rennia glabra, ſupine intenſe prone albide viridia, vtrinque obtuſe-acuminata, duas lineas longa, vnam lata, breui pediculo ſuſtentata, qui dum folium percurrit inferius, ſuperius ſulcum in medietate folii ſecundum longitudinem relinquit. Flores frequentes, corymboſi in ſummitate ramulorum, et cum planta valde ramoſa ſit, et rami denſe mirumque ſibi implexi, fit, vt integri ceſpites floreant. Corolla cum reliquis fructificationis partibus, vt character genericus habet, ſi flos quadrifidus eſt, quatuor adſunt ſtamina, ſi quinquefidus quinque, ſi ſexfidus ſex et ſimiliter laciniae calycis illis corollae reſpondent. Sed fructus conſtanter quinquelocularis et quinqueualuis.

Flores faſciculatim e ſummis ramulis egrediuntur ſaepe ad 10 et vnusquisque peculiari ſuo tereti, rubente, ſesquilineam longo, fulcitur pedunculo.

Bryanthum vocaui, quia inter muſcos planta creſcens, ſola floreat.

Icon ſiſtit ramum plantae cum flore et fructu maturo.

24. *DIANTHVS* floribus ſub aggregatis ſquamis calicinis ouatis, ariſtatis, tubum ſubaequantibus foliis linearibus, trineruiis, LIN. *Hort. vps.* 205. *Sp. pl.* 1. *p.* 586. *n.* 1. SCOP. *Carn.* 506.

Caryophyllus ſilueſtris vulgaris latifolius, BAVH. *pin.* 209.

Cory-

Caryophyllus aruensis, caliculo florum numeroso, LOES. *Pruss.* 36. *f.* 7.

Tunica petalis serratis, in fine vnguis lanuginosis, HALL. *Helu.* 382.

Intensitate coloris multum variat. Circuli tamen purpurscentes in vmbilico floris vestigium nullum. Flores quoque maiores modo; et modo minores sunt. In omni *Sibiria* nascitur.

25. *DIANTHVS* floribus solitariis, petalis multifidis basi canaliculatis, LIN. *Hort. vps.* 105. LAVC. *Monosp.* 143. T. LVIII.

Dianthus floribus solitariis, corollis lacero-partitis, squamis calycinis ouatis acutis, LIN. *Suec.* 344. SCOP. *Carn.* 507. 2.

Radix longe in terra repit, folia perpetuo in glaucum vergentia, e sex vel septem supremis eorum alis singuli surgunt pedunculi vnciales florem speciosissimum sustinentes rubentem, laciniatum, leuiter odorum. Barba rara purpurascens ad vmbilicum floris, viridi quasi colore conspurcatum.

In omni *Sibiria* habitat.

26. *DIANTHVS* floribus capitatis aggregatis, squamis calycinis ouatis obtusis, muticis, tubum superantibus, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 587. *n.* 4.

GERBERVS ad *Tanaim* et in Vcrainia obseruauit.

27. *LYCHNIS agrostemma* hirsuta, calycibus corollam aequantibus, petalis integris nudis, LIN. *Sp. pl.* 624. 1.

Lychnis calycis laciniis petalorum longitudinem superantibus, HALL. *Helu.* 376.

Lychnis floribus pentagonis, petalisque calyce breuioribus, SCOP. *Carn.* 305.

In omni *Russia* et *Sibiria* nascitur, inter segetes.

28. *LYCHNIS cucubalus* calycibus subglobosis glabris, reticulato venosis, capsulis trilocularibus, corollis subnudis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 319. *n.* 2.

Lychnis sylvestris, quae behen album vulgo, BAVH. *pin.* 205. *foliis angustioribus et acutioribus*, *ib.*

Cucubalus calycibus ouatis, floribus hermaphroditis, LIN. *Fl. lapp.* 180.

Viscago calyce inflato, petalis serratis bifidis, HALL. *Helu.* 373.

Lychnis floribus trigynis, pendulis, calycibus ouatis, inflatis venosis; capsula semitriloculari, SCOP. *Carn.* 502.

Calyces venis nonnunquam destituti tuncque fere albi.

In omni *Sibiria* prouenit.

29.

29. *LYCHNIS* floribus dioicis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 626. *n.* 6. ROY. *Lugd.* 448. SCOP. *Carn.* 505.

Cucubalus floribus dioicis, LIN. *Hor. Cliff.* 171. *fl. Suec.* 361.

In omni *Sibiria* nafcitur, fed varietas flore albo non occurrit.

30. *LYCHNIS* calyce inflato, corolla calyce breuiore, caule fubunifloro, flore hermaphrodito, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 626. *n.* 7.

Cucubalus caule fimpliciffimo vnifloro, corolla inclufa, *Fl. lapp. t.* 12. *f.* 1.

Cucubalus caule fimpliciffimo, faepe vnifloro, petalis calyce breuioribus, GM. *Mft.* LIN. *Suec.* 363.

Lychnis paluftris, anguftifolia, cauliculis turgidis, hirtis et ftriatis, flore violaceo, STELL. *Och.* 317.

Occurrit haec planta trans *Aldanum* in fyluis humidis circa ftagna, et ab hinc ad *Biela* et *Iana* fluvios, circa finem Iunii floret, et fub finem Augufti femina fua maturat.

Radix calamum anferinum craffitie aequat, ex ea caules prodeunt duo, tres, quatuor pedales et altiores, erecti, pallide virides, hirfuti, ter vt plurimum

 geni-

geniculati, ſingulo geniculo duo ex aduerſo folia emittente; haec autem folia multum variant, ſunt enim breuia et longiſſima, latiuſcula et anguſtiſſima. Flores in ſummis caulibus plerumque vnus, ſed et duo ad quinque, deorſum penduli, tetrapetali, violacei, petalis perexiguis bifidis, calyce breuioribus. Ex inferioribus quoque alis flores prodire ſolent, calyx turgidus, veſicarius, amplus, plerumque obſolete violaceus, hirſutus vt tota planta, ſtriisque ex albo virentibus pictus.

31. *LYCHNIS Silene*, foliis lanceolatis, caule paniculato, floribus nutantibus, calyce ſtriato, corolla conuoluta, ROY. *prodr.* 446. *Hort. cl.* 171 T. LIX.

Lychnis montana viſcoſa, alba latifolia, BAVH. *pin.* GM. *Ien.* 799.

Silene petalis bifidis, floribus lateralibus ſecundis cernuis, panicula nutante, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 596. *n.* 8.

In omni *Sibiria* occurrit. Radix perennis. Folia et caules cucubali, floribus dioicis, ſed hirſutiora omnia. Calyx cylindricus, inflatus, hirſutus, quinquefidus, decem angulatus, albus, angulis, viridibus, intermediis venoſis, ramoſis. Petala bifida ſerrata, extus ex rubro-luteſcentia, intus albida, interdum inuoluta, vngues plani. Styli tres. Capſula ouata, vnilocularis apice ſexfariam dehiscens. Semina plurima reniformia, fuſca.

32. *LYCHNIS Silene* floribus erectis, petalis emarginatis, calycibus teretibus, foliis lanceolatis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 602. *n.* 31.

Lychnis saxatilis alpina, glabra, pumila, TOVRN. I. R. H. 338.

In omni *Sibiria* nascitur.

33. *LYCHNIS Cucubalus*, petalis bipartitis, floribus secundis decumbentibus, pedunculis oppositis, solitariis, erectis, caulibus simplicissimis, LIN. *Hort. vps.* III. *Sp. pl.* 1. *p.* 592. *n.* 8. *Krasch. ingr.* 68.

Lychnis hirsuta angustifolia cretica, C. B. P. *Ind. Ien.* 269.

Lychnis sylvestris alba, spica reflexa, MANG. *Bot. m.* STELL. *Irc.* 480.

Silene floribus ex lineari-lanceolatis, pedunculis ramosis, floribus fere verticillatis trigynis, GMEL. *Inst.*

Lychnis hyssopifolia, fruticosa, floribus albis spicatis, GERB. *Tan.*

Lychnis septentrionalium, folio hyssopi, floribus vno versu positis albis, HALL. *Goett.* 33.

Radix dodrantalis est, fusca et fibrosa. Caules modo vnus modo duo hirsuti, saepe decies geniculati, geniculis inferioribus purpurascentibus, superioribus virentibus, omnibus longo interuallo distantibus. Folia

ad ea ex aduerſo bina, craſſa, vtrinque laete viridia, hirſuta et glabra, ex lateſcente principio ſenſim in mucronem terminata. E ſingulis fere foliorum alis pedunculi egrediuntur, inferne, caulis ad inſtar, folioſi, ſuperne foliis quatuor anguſtioribus cruciatim diſpoſitis veſtiti. E ſummis foliorum alis pedunculi eriguntur alii, vnciales et biunciales, foliis denudati, floribus tribus vel quatuor vna verſu poſitis, breuibus pedicellis inſtructis, onuſti. Flores pentapetali, albi, petalis, amplis, cordatis fimbriatis; calyx oblongus, albus, hirſutus, lineis viridibus ſtriatus. Vaſculum vniloculare, ſed in ſex plerumque partes dehiſcens, in cuius medio placenta, cui adfiguntur ſemina oblonga, e luteo-fuſca. Fructum auguſto maturat.

In omni *Sibiria* peregrinatores, GERBERVS et ego *Tulam* inter et *Voroneſch* obſeruarunt. Sed viſi mihi ſunt ſcapi, ſaepe erecti, tuncque flores quaquaverſum erecti exeunt, ſecundos non niſi in ſcapis aliquanto inflexis obſeruo.

34. *LYCHNIS Viſcago* foliis imis petiolatis, ouatis floribus paniculatis, petalis emarginatis, HALL. *Goett. p.* 150. *Ic. bona.*

Cucubalus petalis emarginatis, floribus ſubuerticillatis, verticillis vmbellatis, aphyllis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 592. *n.* 7.

Non tantum in gubernio *Woroneſchenſi*, ſed et in *Sibiria* ad *Catharinopolin* prouenit, *Sibirica* autem ab imo ad ſummum ramoſa eſt.

35.

35. *LYCHNIS Silene* foliis ex lineari - lanceolatis, calycibus glaberrimis, inflatis, ſtriatis, GM. *Inſt.*

Lychnis maritima procumbens, ſtrictiſſimis longis foliis MORIS. *Hiſt. oxon.* GM. *Ind. len.* 268. *Ien.* 801.

Radix ampliſſima in multa capita diuiſa, quae ſingula caulem promunt ſimpliciſſimum, dodrantalem vix pedalem; pro altitudine plantae craſſum, obſolete pubeſcentem. Folia radicalia ex lineari - lanceolata, acuta, tria aut quatuor genicula in caulibus, e quibus folia ex aduerſo bina, linearia emittuntur. Atque ex horum ſuperiorum ſingulis alis, ſinguli eriguntur pedunculi, ſemiunciales circiter, quibus omnibus flos inſiſtit, petalis candicantibus, bifidis. Calyx inflatus, albus, ſtriis viridibus notatus. Styli tres. Capſula vnilocularis.

Nullus dubito, quin haec lychnis ſit *lychnis maritima* repens, deſcripta a celeberr. v. LINNE in itinere Veſtrogothico *p.* 197. et in ſpeciebus recenſita, tanquam varietas *lychnidis ſylu.* quae *Beben album vulgo* BAVH. *pin.* (*vid. n.* 28.).

In *Kotſchakouenſis* fodinae vicinia, intra imos *Verchoturenſes* montes collecta eſt. Naſcitur autem in omni *Sibiria*, in montoſis locis.

36. *LYCHNIS Cucubalus* floribus dioicis, petalis linearibus indiuiſis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 594. *n.* 12. SCOP. *Carn.* 10.

Lychnis viſcoſa flore muſcoſo minor, H. R. P. *Omn. Ind.*

In omni *Sibiria* naſcitur.

37. *LYCHNIS Silene* foliis lanceolatis, radicalibus, caule paniculato, nudo, floribus erectis, LIN. *Hort. cl.* 171. ROY. *pr.* 446.

Lychnis ocymaſtri facie, flore viridi, H. P. R. 199. *Ind. Iob.*

Lychnis hiſſopi folio anguſtiore, floribus denſe congeſtis albis. GERB. *Ian.*

A *Iaico* ad *Irtim* fluuium prouenit.

38. *LYCHNIS* petalis integris, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 625. *n.* 3.

Silene floribus pentagynis, capſulis quinquelocularibus, LIN. *H. cl.* 172. ID. *fl. ſuec.* 364. ROY. *lugd.* 445.

A *Iaico* vsque ad *Irtim* habitat.

39. *LYCHNIS Gypſophila* foliis lineari-lanceolatis planis, caule dichotomo, pedunculis bifloris, petalis emarginatis, *Sp. pl.* 1. *p.* 583. *n.* 10.

Lychnis viſcoſa, flore muſcoſo minimo, H. R. P. *Ind. Irc.*

Aſine puſilla flore pulchro, folio tenuiſſimo, noſtras, ſeu ſaxifraga puſilla cariophylloides flore albo pulchello, RAY. *Syn. Ind. Irt.*

Sapo-

Saponaria caule dichotomo, foliis ſubulatis planis, H. CL. 166. ROY. *lugd.* 445.

Ircutiae vt et in *Iſetenſi* prouincia ad *Irtim* fluuium vsque paſſim, naſcitur.

40. *LYCHNIS* caulibus dichotomis, corymbis faſtigiatis, foliis lanceolatis trineruiis, T. XL.

Caryophyllus alpinus craſſo linariae folio, BOCC. *mus.* 23. *t.* 5. *f.* 3.

Caryophyllus ſaxifragus, foliis gramineis minor, BAVH. *pin.* 211.

Lychnis alpina linifolia, multiflora, perampla radice, TOVRN. I. R. H. 338.

Alſine ſpergula dicta, folio oblongo, et craſſiuſculo, GM. *Ind. Irc.* 362.

Saponaria calycibus pentaphyllis, corymbis faſtigiatis, foliis lanceolatis, caule adſcendente, LIN. *Hort. vps.* 107.

Gypſophila foliis lancoelatis, ſubtrineruiis rectis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 582. *n.* 5.

Radix circa caput ſuum auricularis digiti craſſitiem aequat, paulatim in tenuem fibram contracta, palmo longior, ſecundum totam longitudinem fibris longis, nec tamen copioſis, aucta, compacta, foris e fuſco luteſcens, intus alba, folia ad eam faſciculatim congeſta, lanceolata, ſeſſilia, ſature viridia, ſucculenta, tribus plerumque neruis ſecundum longitudinem diſtincta

diſtincta, propter minimam vero craſſitiem ſaepe euaneſcentibus, inter haec folia, plures ſurgunt caules, firmi, teretes, glabri, cubitales et vltra 8. aut 9. geniculis hinc inde rubentibus intumeſcentens. Folia ex geniculis bina oppoſita, pariter ſeſſilia, craſſa, oblonga, interdum lineari lanceolata, mucrone perquam obtuſo terminata, infra glauca, inferioribus ſemper minoribus. Corymbus terminalis faſtigiatus. Floſculi pedicellati, albi, exigui, quinque exiguis petalis conflati, calyce breui campanulato, quinquedentato ſuſtentati, ſtyli inflexi ſemet inuicem decuſſantes.

A *Iaico* fluuio ad *Angaram* vsque in montoſis naſcitur. Sub initium Auguſti plurima parte defloruit.

41. *LYCHNIS Gypſophila* foliis linearibus axillaribus, confertis, teretibus, LIN. *Sp. pl.* 1. *p:* 582. *n.* 6. T. LXI.

Alſinaſtrum kali folio, GM. *Ind. Len.* 148.

Saponaria caule ſimplici, foliis linearibus ex alis foliorum confertis, teretibus. Hort. Cl. 166. ROY. *Lugd.* 444.

Sibiricae plantae omnibus aliis, quas vidi, craſſiores ſunt, flores gerunt fere duplo maiores, caulesque acutiores habent, amat lapidoſa loca, et ab Ieniſea in omni *Sibiria* naſcitur.

42. *LYCHNIS* floribus faſciculatis, faſtigiatis; LIN. *Sp. pl.* 625. *H. Cl.* 174. *Vps.* 115. ROY. *Lugd.* 499.

Vti

Vti omni *Russiae*, ita et *Sibiriae* indigena planta est.

43. *LYCHNIS* petalis quadrifidis, fructu subrotundo, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 625. *n.* 2.

In *Isetensi* prouincia ad *Irtim* vsque prouenit.

44. *ALSINE* floribus gramineis, petalis bipartitis, HALL. *Helu. p.* 385. T. LXI. 2.

Alsine floribus linearibus integerrimis, LIN. *fl. suec.* 372.

Alsine floribus decandris trigynis paniculatis, foliis linearibus, SCOP. *Carn.* 498.

Stellaria floribus linearibus integerrimis, floribus paniculatis, LIN. *Sp. pl.* 604. *n.* 5.

Inter muscos repit, pluribus tenuibus viticulis, transuersim sitis, et terrae tenuissimis fibris infixis, foliola ad viticulos opposita, linearia, rigida et glabra, superne glauca, inferne viridia. Flores terminales paniculati, pro ratione plantae, magni, albi. Petala vsque ad unguem quinquepartita. Stamina decem. Styli tres. Calyx pentaphyllus, subhirsutus, glaucus singulis foliolis ad oras membraneceis et albis. Capsula sexualuis et pluries. Conuenit cum *Myosoti alpina pumila myrthifolia* RAY. at viticulae non semper quadratae sunt.

45. *ALSINE* floribus gramineis, asperis petalis semibifidis. HALL. *Helu.* 387.

Alsine foliis lanceolatis serratis, LIN. *fl. suec* 371.

Alsine floribus decandris trigynis, *foliis lanceolatis*, *petalis bifidis*, SCOP. *Carn.* 491.

Stellaria foliis lanceolatis, *serrulatis*, *petalis bifidis* LIN. *Sp. pl.* 1 *p.* 603. *n.* 4.

In omni *Sibiria* nascitur sed folia profert plerumque integerrima et lanceolata, acutissima.

46. *ALSINE* foliis salignis, margine scabris, petalis semiquinquefidis.

Alsine saxatilis angusto et oblongo salicis folio, *flore albo tenuissime laciniato*, MESS. AMM. *Ruth. p.* 64. *n.* 80. *t.* 10.

Alsine montana, *latifolia*, *flore laciniato*, BAVH. *pin.* 251. STELL. *Irc.* 292.

Alsine petalis semiquinquefidis. GM. *Inst.*

Alsine foliis lanceolatis, *serrulatis*, *petalis quinquepartitis*, LIN. *Sp. pl. t.* 603. *n.* 3.

Aut in terra repit, aut *Pentaphylloidi*, *fruticoso eboracensi* adhaerere solet. Caulem habet fragilem geniculatum. Folia pallide viridia sunt, saligna, hirsuta margine scabra, ex aduerso bina. Flores ampli, pentapetali, lactei, in quinque lacinias profundas diuisi, stamina ad singula petala duo. Antherae luteae. Pistillum apice quadrifidum, capsula vnilocularis, plerumque

que fexualuis. Poffet quis putare, varietatem vulgaris cuiusdam fpeciei et forte antecedentis effe. Sed omnia duriora, folia faligna et margine fcabra.

Prouenit in paluftribus inaequalibus locis ad *Angaram* prope pagum *Krafchinoufkam* vt et in *transbaicalenfibus* regionibus, praecipue ad *Angunum* fluuium. Circa medium Iulii floret, et fub finem Augufti femina fua maturat.

47. *ALSINE* petalis bipartitis, HALL. *Helu. p.* 386.

Alfine maxima folanifolia, MENZ. *pug.* 2. *t.* 1. *f.* 2.

Myofotis amaranthi folio, GM. *Inn. Len.* 256.

Alfine fubhirfuta ampliffimo folio, *vafculo longiore*, GM. *Ind. Ien.* 660.

Ceraftium foliis cordatis, *feffilibus*, *floribus folitariis*, *fructibus pendulis*, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 629. *n.* 13.

Alfine floribus pentandris, *pentagynis*, *foliis feffilibus cordatis*, SCOP. *fl. carn. p.* 498. *n.* 7.

Nafcitur haec planta in fyluis montofis in omni *Sibiria*.

Raro dodrante altior eft, nifi in pingui folo collocata et radice tenui repente terrae infigitur. Caulis tenuis, fingularis, ftriatus, hirfutus, fubinde admodum vifcofus, quatuor aut quinque foliorum paribus veftitus,

folia laete viridia ad ſenſum glabra, vix venoſa, in aliquibus vero exemplis venis obliquis diſtincta, e lata baſi amplata tuncque in acutum mucronem contracta, ad oras non raro ſinuoſa, ſesquiunciam longa, vnciam lata, infimis breuibus pediculis innixis, mediis et ſuperioribus ſeſſilibus. E media foliorum ala egrediuntur pedunculi, ſeſquiunciales et biunciales, quorum vnus medius plerumque nudus, flore vnico ſpecioſo terminatur, reliqui non procul a faſtigio minutiſſimorum foliorum pari veſtiuntur, flores proferentes plerumque binos, pentapetalos, candidos, petalis candidis et fere ad unguem vsque ſectis. Stamina decem. Antherae violaceae. Calyx pentaphyllus pallide viridis et ſecundum mediam longitudinem foliorum, eum componentium, hirſutus. Styli tres.

48. *ALSINE* petalis bipartitis, foliis ouato cordatis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 389. *n.* 1.

Alſine media, BAVH. *pin.* 250.

Alſine pentaſtemon, petalis bipartitis, HALL. *Helu.* 386.

Alſine floribus pentandris, foliis ouato-cordatis SCOP. *carn.* 496. *n.* 2.

Ruthenice мокрица dicitur, et in omni *Sibiria* frequentiſſima eſt.

49. *ALSINE cerastium* foliis connatis, ROY. *Lugd.* 150. *H. vps.* 173. T. LXII. I.

Myoſo-

Myosotis orientalis perfoliata, lychindis folio, DILL. *elth. t.* 217. *f.* 284.

Alsine foliis ouatis amplexicaulibus, glaberrimis, GM. *Inst.*

Alsine altissima folio caulem amplexante glabro, vasculo longiore, Ind. Ien. 769. *Irc.* 351.

Myosotis altissima procumbens; folio caulem amplexante glabro, Ind. Len. 253.

Alsine altissima nemorum, B. *pin.* 150. STELL. *Irc.* 291.

Radice annua nititur, longe in terram demissa, albente, e qua plures surgunt caules, sesqui et bicubitales, infirmi, aliquantum procumbentes, leuiter striati, foliis vestiti ex aduerso binis, glaberrimis, mollibus, in glaucum vergentibus, caulem amplectentibus. Caulis versus fastigium dichotomus, ramis ramulisque eadem ratione subdiuisis, quorum singulus singulo flore terminatur, corolla monopetala, striata, alba, laciniis quinis non profundis, sed fissura admodum hiante, stamina decem. Antherae e carneo-rubentes, at polline excusso rubentens. Capsula seminalis longa, rotundo et laciniato foramine aperitur; quae quidem nota nondum mihi sufficere videtur, plantam ab alsine separandi.

Nascitur in omni *Sibiria* et loca ruderata amat.

50. *ALSINE* petalis emarginatis foliis ex cordato-ouatis, acutis, GM. *Inst.* STELL. *Irc.* 189.

 Simi-

Similima alſine n. 48. at facies diuerſa. Bella planta fructiculi globoſi facie, ramos 60 et plures ſpargens, flores albi, roſacei, petala non nihil bifida. Capſula ouata, ſemina tria ſpadicea includens; occurrit ad lacum *Baical.*

51. ALSINE *Ceraſtium* foliis lanceolatis, ſcabris, petalis crenatis capſulis ſubgloboſis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 69. *n.* 12. T. LXII. 2.

Radix annua, tenuiſſimis viticulis, longe lateque repens. Caules dodrantales et pedales, inferius magis aut minus hirſuti, ſuperiora verſus glabri, ſtriati, aut erecti, aut aliquantum procumbentes. Folia oppoſita, vtraque extremitate acuta, breuiora et longiora, vnicum vidi longiſſimum, quod ſimul vndulatum erat, ad oras, plerumque infra flexas, et ad coſtam, folium percurrentem, piloſa. Aut caulis per quadri aut quinqueunciale ſpatium foliis denudatus in tres ramos abit, e quibus medius lateralibus breuior eſt, quorum ſingulus florem ſuſtinet; aut flores fere vmbellatim diſpoſiti ſunt, vt icon habet. Corollae ſpecioſae, magnitudine tamen admodum variantes, ſtriati, fundo viridi. Laciniae plerumque fiſſae obiter aut profunde, margine vel integro, vel leui inciſura medio donatae, vel incondite laciniatae, et criſpae. Antherae flaueſcentes, rubentes, albentes; ſtyli quinque diſtantes.

Ab *Ieniſea* fluuio in omni *Sibiria* naſcitur.

52. ALSINE *Myoſotis* foliis ex ouato-acuminatis, flore calycem excedente, HALL. *Helu.* 383.

Alſine

Alſine myoſotis facie, lychnis alpina, flore amplo, niueo, repens, RAY. *Angl.* 3. *p.* 340. *t.* 15. *f.* 2.

Ceraſtium corolla calyce maiore, LIN. *Lapp.* 192.

Alſine elatior, hirſuta et viſcoſa, anguſtiore folio vaſculo longiore, GM. *Ind. Ien.* 766.

Ceraſtium foliis ouato-lanceolatis, caule diuiſo, capſulis oblongis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 628. *n.* 8.

Caryophyllus holoſteus alpinus latifolius, OED. *dan. t.* 6.

Ceraſtium floribus decandris corollis calyce maioribus, foliis ouato-lanceolatis, SCOP. *Carn.* 499. *n.* 1.

Cauliculi infirmi, raro erecti plerumque procumbentes, virides aut rubentes, inſigniter hirſuti, ſuperiora verſus viſcoſi. Folia ouato-lanceolata ſeſſilia, laete viridia, ſubtus tamen pallidiora, hirſutiſſima; flos ſpecioſus, calycem excedens, albus vel coloris carnei, laciniis ad tertiam partem totius longitudinis diuiſis. Antherae pallide-luteſcentes. Calyx in quinque acuta ſegmenta fiſſus.

Ad omnem *Ieniſeam* in decliuibus montium a vere ad autumnum vſque floret.

53.

53. *ALSINE Myosotis* foliis oblongis obtusis, flore calycem excedente, HALL. *Helu.* 384.

In omni *Sibiria* nascitur.

54. *ALSINE Myosotis* foliis ex ouato-acuminatis, flore calyci aequali, HALL. *Helu.* 384.

Myosotis aruensis hirsuta paruo flore, I. R. H. GM. *Ien.* 767.

Myosotis hirsuta altera viscosa, VAILL. *par.* 142. *t.* 30. *f.* 1. 3.

Cerastium erectum villoso-viscosum, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 627. *n.* 3.

Folia huius expansa in glaucum vergunt. Caeterum est totius *Sibiriae* incola.

55. *ALSINE Myosotis* viscosum, foliis ouatis, HALL. *Helu.* 385.

Etiam haec in omni *Sibiria* nusquam non obuia est.

56. *ALSINE* foliis ex elliptico-acuminatis, petalis bipartitis, HALL. *Helu.* 385

Non videtur esse nisi varietas. v. *Alsine fl. suec.* 372.

In omni *Sibiria* occurrit.

57. *ALSINE* foliis verticillatis, petiolis ramosis, petalis integris, HALL. *Helu.* 387.

Alsine

Alſine ſpergula dicta maior, BAVH. *pin.* 251.

Spergula foliis verticillatis, floribus decandris, ROY. *Lugd.* 451. *Sp. pl.* 630. *n.* 1.

Alſine floribus decandris 5 gynis, foliis verticillatis, SCOP. *Carn.* 499. *n.* 8.

A *Iaico* ad *Ieniſeam* vsque crebro naſcitur. Filamenta numero variantia etiam ego obſeruo.

58. *ALSINE* foliis faſciculatis, petiolis ſimplicibus, petalis integris, HALL. *Helu.* 388.

Spergula foliis oppoſitis, ſubulatis laeuibus, caulibus ſimplicibus, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 603. *n.* 3. *cum ſyn.*

A *Iaico* ad *Obum* vsque naſcitur.

59. *ALSINE* foliis coniugatis anguſtis, linearibus, petalis integris, HALL. *Helu.* 389. LIN. *fl. ſuec.* 148.

Folia latiora habet ac prior, ramuloſque nudos, iisdem cum ea locis occurrit.

60. *ALSINE* foliis coniugatis, linearibus ſubulatis, caulibus paniculatis, petalis integris, longitudine calycis, T. LXIII.

Myoſotis, holoſteum dicta, pumila et procumbens, glabro breuique gramineo folio Ind. Len. n. 256.

Alſine ſpergula ſubhirſuta , procumbens , breui gramineo folio , vaſculo longiore , GM. *Ind. Ien.* 761.

Alſine ſpergula puſilla , flore pulchello , vaſculo longiore ib. 762.

Arenaria foliis ſubulatis, calycinis laciniis membrana ipſis latiore auctis obtuſis. GVETT. *Stamp.* 2. *p.* 281.

Arenaria foliis ſubulatis , caulibus paniculatis , calycum foliolis ouatis , LIN. *Sp. pl.* 1. 607. *n* 11.

Quemadmodum *Ceraſtium* et ipſae quoque *Myoſotides* , TOVRN. et HALL. vix a famulia Alſine, ſecundum naturam ſeparandas putem, ita pari iure *Spergulas* et *Arenarias* ad eas refero. Petalorum enim vel integritas vel diuiſura , variansque admodum ſtylorum numerus tantum apud me non valent , praeeuntemque cl. SCOPOLI ſummumque HALLERVM plurima ex parte habeo.

Haec alſine in *Sibiria* non perenni , ſed tenui radice annua , parum fibroſa nititur , e qua caulis ſurgit plus minus pedalis , teres aliquantum procumbens valde tener , admodum hirſutus , pallide viridis , cui ad baſin ſuam faſciculatim adnaſcuntur folia , quae poſtea vltra mediam ſub altitudinem ex aduerſo bina fivnt , absque petiolis e geniculis prodeunt, lineari - ſubulata , remota, pallide viridia , et ad oras et circa coſtam

cōſtam, medium folium percurrentem maxime hirſuta. Caulis exinde per quadri - vel quinqueunciale ſpatium foliis denudatus, in tres ramos diuiditur, quorum duo laterales bi-et triunciales, medius breuior, ſinguli ſuſtinent florem maiorem album, fundo viridi, petalis quinis ſtriatis, latis, extremitate ſua ſubrotundis, plerumque integris, interdum, ſed raro, inciſis, ſtaminibus cum antheris albis, calyce quinquefolio, breui fere cylindrico, capſula ſeminali, oblonga, in plures partes, ratione haud conſtante, dehiſcente.

In omni *Sibiria* paſſim naſcitur, et *a. b.* GERBERO ad *Tanain* quoque inuenta eſt, ipſique dicta: *Alſine Gallii folio tenuiſſimo albo, flore, paruo, caule ramoſo.*

61. *ALSINE* foliis oppoſitis linearibus, rigidis, faſciculatis, baſi ciliatis petalis integris, calyci aequalibus.

Spergula foliis oppoſitis, ſubulatis, ciliatis faſciculatis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 631. *n.* 4.

Proxime accedit ad *Alſines laricis* folio, et proinde a STELLERO qui pulchellam hanc plantam inter *Iacutiam* et *Ochotium* inuenit, *Arenaria laricis folio maior et minor* nominata fuit; conuenit ſcilicet foliis oppoſitis, baſin verſus ciliatis et vtrinque coalitis, habet autem et id, quod ad caulis articulos inferiores, ex altera foliorum ala faſciculi foliorum prodeant, longitudine reliquorum foliorum, cum e ſuperioribus caulis geniculis pedunculi alternatim ſolitarii, vniflori enaſcantur.

62. *ALSINE* foliis coniugatis linearibus, trineruiis, caule hispido, petalis integris, calyce maioribus.

Alſine foliis gramineis, ſqualidis mollibus, coniugatis, petalis calyce maioribus, GM. *Inſt.*

Ad arenarias LINNE, pertineret, non audeo tamen dicere, num ab ipſo fuerit determinata?

Cauliculi palmares ſunt et ſemipedales, molles et hirſuti. Folia ex latiuscula baſi lanceolata, trineruia, pubeſcentia. Pedunculi plerumque ſimplices, laterales, et terminales vniflori. Petala oblonga. Calyce maiore breui ſtriato.

Ad *Iſchimum* occurrit.

63. *ALSINE* foliis gramineis (alternis ſubulatis) tenuiſſimis, pedunculis, longiſſimis vnifloris, GM. *Inſt.*

Rami palmares e cauliculis humi procumbentibus ſurgunt, ſemel vel bis inflexi, et ad ſingulam flexuram foliis coniugatis donati, vix tres quadrantes vnciae longis, e quorum ſupremo pari pedunculi palmares eriguntur, vno plerumque breuiſſimorum foliorum pari veſtiti, abhinc aut ſimplices aut bifidi, ſingulo ramo florem ſuſtinente album, calyce ſtriato, e quo flos vix eminet.

An non varietas Alſine ſaxatilis multiflorae capillaceo folio? VAILL. *par. t.* 2. *f.* 3.

Ad *Iſchimum* occurrit.

64.

64. *ALSINE* floribus gramineis, ſaepe faſciculatis, glabris, pedunculis longis nudis vnifloris, GM. *Inſt.*

Spergula foliis oppoſitis linearibus, laeuibus, pedunculis ſolitariis, longiſſimis, caule repente, LIN. *Sp. pl.* I. *p.* 631. *n.* 5.

Differt a priori, quacum iisdem locis naſcitur, altitudine minori, caulibus minus procumbentibus, et longius folioſis, pedunculis nudis, calycibus denique glabris, nec ſtriatis, et floribus calycibusque breuioribus,

65. *ALSINE* foliis ſubulatis, inferioribus, longiſſimis, calycibus glabris, floribus vmbellatis, GM. *Inſt.* T. LXIII. 2.

Alſine ſpergula dicta maior tenuifolia, GM. *Ind. Len.* 245.

Alſine glabra longis gramineis foliis, floribus albis, vmbellatis, AMM. *Ruth.* 86.

Multum conuenit cum *Arenaria ſaxatili* L. ſed videtur nihilominus diſtincta eſſe.

Radix tenuis eſt, oblique in terra repens, paucis fibris ſtipata, folia ad eam admodum multa, anguſtiſſima, graminea, tri- et quadriuncialia, interdum adhuc longiora, ſubulata, inter quae adſcendunt caules pedales et bipedales, plures, tenues, ſed firmi, virides, plus minus octo geniculis diſtincti, ad quorum ſingula par foliorum exit, oppoſitorum, radicalibus ſimillimorum

 caryophy-

caryophylli folia referentium, quo ſuperioribus, eo minoribus, ita, vt ſumma membranas tantum albentes referant. E ſupremis foliorum membranarumque, foliorum vices ſuſtentantium, alis prodeunt pedunculi vnciales et ſesquiunciales, vmbellatim diſpoſiti, flore albo terminati, monopetalo, laciiniis quinque integris, ſtaminibus decem, quae antheras fouent, primo carneas ſed poſtea luteſcentes, calyx pentaphyllus, ſingulis foliolis per mediam coſtam viridibus, ad oras albis, atque membranaceis, ſuccedit capſula conica, oblonga, ſplendens ſubfuſca, plurima ſemina nigricantia continens.

Varietas eſt.

I. Pumila.

Alſine alpina iunceo folio, C. B. P. *Ind. Transb.*

A *Iaico* ad *Ieniſeam* vsque crebra eſt, hinc rarior fit, et plerumque non niſi humilis occurrit, vt var. I. indicat.

66. *ALSINE* viſcoſa, foliis ſubulatis, longiſſimis, floribus calyce duplo longioribus, petalis integris.

Alſine Iunceo folio, altera, GM. *Ind. Transb.*

Alſine viſcoſa longiſſimis et anguſtiſſimis foliis, AMM. *Ruth.* 85.

In omnibus *transbaicalenſibus* regionibus occurrit, ſed cum ſola viſcoſitate differat, a praecedente, fere adducor, vt pro euidentiore illius varietate habeam.

67.

67. *ALSINE* foliis lanceolatis, petalis integris, calycis magnitudine, HALL. *Helu.* 389.

Alſine minima, DOD. *Pemt.* *p.* 30. I. B. *III.* 364.

In ſuperiori regione Ieniſeae fluuii naſcitur.

68. *ALSINE Arenaria*, foliis ouatis obtuſis, pedunculo laterali bifloro, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 605. *n.* 3.

Spergula annua ſemine foliaceo nigro, circulo membranaceo, albo cincta, DILL. *Gieſſ. omn. Ind.*

Corolla variat magnitudine, ſed calyce tamen ſemper maior eſt, petala integra, folia glabra, vel ſubpiloſa, caulis ſimplex foliis ſaepe terminatus.

In omni *Sibiria* ſyluas amat.

69. *ALSINE* tetrapetala, foliis anguſtis, origine luteſcentibus. HALL. *Helu.* 390.

Alſine puſilla graminea, flore tetrapetalo, T. I. R. H. SEG. *veron.* 421. *t.* 5. *f.* 3.

Alſine graminifolia ſaxatilis, flore paruo tetrapetalo albo, MESS. AMM. *Ruth.* 87.

Sagina ramis procumbentibus petalis breuiſſimis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 185. *n.* 1.

Alſine

Alſine floribus tetrandris, tetragynis caulibus diffuſis SCOP. *Carn.* 496. *n.* 1.

STELLERVS circa *Ircutiam* et lacum *Baical*, in vliginoſis obſeruauit.

70. *ALSINE Arenaria* foliis ouatis, acutis, carnoſis, LIN. *fl. lapp.* 149. *ſuec.* 375. 396. *Sp. pl.* 1. *p.* 601. *n.* 1. T. LXIV.

Telephium maritimum portulacae folio, BVXB. *Comm: petr.* 3. *p.* 271.

Haec. planta quam maxime ab illis *Alſine* ſpeciebus, quae *Arenariae* dicuntur, abludit, craſſo ſuo habitu et propter glandulas nectariferas, in flore conſpicuas. Voluit proinde nouum inde B. PATRVVS formare genus, illique *Ammodeniae* nomen imponere. Si ab alſine remouenda planta, arenaria quoque adpellari poſſet, cum reliquae certe Arenariae omnes ad Alſinen commode referantur.

Ad littus maris Orientalis, tam *Ochotii* quam in *Camtſchatca* frequens eſt.

A. florem ſiſtit ab anteriori parte ſpectatum, *b.* eundem microſcopio auctum, *c.* florem a poſteriori parte ſpectatum, *d.* folium microſcopio auctum, vt margo ciliatus cartilagineus adpareat, *e.* capſulam maturam, quae inferius foraminibus rotundis pertundi ſolet, *f.* tres capſulae valuae dehiſcentes in quas interdum reſoluitur. *t.* eſt receptaculum ſeminum ſiue placenta *g.* ſemina ſub vario ſitu.

71.

71. *SAXIFRAGA* foliis reniformibus, obtuſe crenatis, caule plerumque ſimplici, nudo, GM. *Inſt.* T. LXV.

Geum rotundifolium maius, ſpica florum longiſſima, GM. *Ind. Len.* 312.

? *Saxifraga foliis reniformibus, palmatis, piloſis, caule pedunculisque filiformibus*, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 567. *n.* 27.

Ab *Ieniſea* fluuio in *Camtſchatcam* vsque naſcitur, ſyluas amans, tenera tenuique radice nititur, alba, quatuor vel quinque geniculis diſtincta, multisque fibris praecipue inferius capillata. Folia ad eam multa fere in orbem poſita, altera alteris altiora, pediculis filiformibus, hirtis, tri - et quadriuncialibus innixa, ſuperne viridia, inferne ex albicanti colore viridia, pilis ſat longis hirſuta, reniformia, obtuſis dentibus inciſa in adulta planta, acutiſſimis in iuniore. E vaginis quibusdam membranaceis interdum pulchre rubentibus, inter haec folia vnus vel duo caules ſurgunt, interdum foliis omnino deſtituti, interdum vero circa mediam vel tertiam altitudinis partem, vnico folio, radicalibus ſimili, veſtiti, ſpica florifera extremum occupante, decem vel duodecim flosculis conflata, ex vtroque caulis latere alternatim, at interuallis inaequalibus prodeuntibus, et deorſum plerumque ſpectantibus, ſingulis ramis floriferis anguſtiſſimum oblongum foliolum ſubeſt. Pedunculi floriferi modo longiſſimi, modo breviores. Petala candida. Stamina alba. Antherae luteſcentes.

72. *SAXIFRAGA* foliis caulinis reniformibus petiolatis, dentatis, caule paniculato, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 576. *n.* 23.

STELLERVS inter *Iacutiam* et *Ochotium* collegit.

73. *SAXIFRAGA* foliis reniformibus obtuſe crenatis, caule ramoſo, folioſo, paucifloro, GM. *Inſt.*

Caules et petioli perquam hirſuti, cauliculi tenues, ſemipedales, et dodrantales, duobus aut tribus flosculis ouatis vix mucronatis pulchellis, albis, filiformibus, vncialibus, et ſesquiuncialibus pediculis inſidentibus exornati.

STELLERVS eodem loco, quo priorem invenit.

74. *SAXIFRAGA* foliis reniformibus, acutis digitatis, caule ramoſo folioſo.

Saxifraga foliis caulinis palmatis, petiolatis, caule ſimpliciſſimo, vnifloro, bulbifero, OED. *dan. t.* 22. LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 577. *n.* 26.

Saxifraga, foliis palmatis, caule ſimplici, vnifloro, LIN. *fl. lapp.* 172. *t.* 2. *f.* 4.

Conuenit cum priore facie, ſed receptaculum ſuperum eſt, flores laterales et terminales magis ſunt nutantes, et folia ad dimidium vsque digitata, quare ad Saxi-

Saxifragam cernuam retuli; nam ramoſam tantum dixi propter flores laterales Iterum eodem loco, quo priorem STELLERVS inuenit.

75. *SAXIFRAGA* foliis ſerratis, caule nudo, ramoſo; petalis acuminatis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 572. *n.* 10.

Sanicula myoſotis floribus albicantibus, fere vmbellatis, PLVK. *Alm.* 331. *t.* 58. *f.* 2. *et t.* 224. *f.* 4.

Sedum montanum hirſutum, mucronato et dentato folio, flore albo, guttato, MOR. *hiſt.* 3. *p.* 478. *ſ.* 12. *t.* 9. *f.* 13.

Saxifraga foliis oblongis, ſupra ſerratis, nudo caule, GM. *Inſt.*

Geum paluſtre minus, foliis oblongis, crenatis, TOVRN. I. R. H. STELL. *Ochot.* 202.

Saxifraga caule nudo ſimplici, foliis lanceolatis, dentatis, petalis acutis, LIN. *fl. lapp.* 175.

Saxifraga foliis lanceolatis, dentato-ſerratis, caule nudo, ſimplici, LIN. *Sp. pl.* 355.

Pulcherrima haec planta occurrebat primo intra valles montium ad *Biela* fluuium, et abhinc ad *Ianam* vsque circa medium Iulii florens. Radix fibris capillaribus vnciam longis fuſcis, quam plurimis, ſub muſco ſuper ſaxa firmatur. Folia ad exortum caulis decem,

cem, vel duodecim, fasciculatim dispofita, viridia, ad oras longis rarisque pilis hirta, oblonga, vncialia, vel sessilia, vel petiolata, ex angusto principio sensim dilatata, ad apicem acuminata et serrata. Caulis ipse aphyllus, palmaris, teres, viridis, rarioribus breuioribusque pilis hirtus, calyx pentaphyllus, breuis, persistens. Petala quinque oblonga, candida, expansa, vtrinque obtuse acuminata. Stamina pariter candida, antheris purpurascentibus, circumpositis pistillo birostrato, erecto, modo albo, modo purpurascenti, quod sub initium Augusti abit in capsulam polyspermam, bifariam dehiscentem, seminibus minutissimis, rotundis, spadiceis. In summitate caulis, modo duo, tres, quatuor flores arcte sibi inuicem adpressi, et veluti in vmbellam dispositi sunt.

76. *SAXIFRAGA* foliis imbricatis, subulatis, ciliatis, spinosis, caule subnudo multifloro, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 572. *n.* 9. T. LXV. 2.

Geum palustre, folio angusto, breui, pulchre denticulato, flore guttato, GM. *Ind. Len. n.* 13.

Saxifraga foliis simplicibus ciliatis, caule folioso, ramoso, floribus guttatis, GM. *Inst.*

Ab *Anga a* fluuio in omni vlteriori *Sibiria*, loca humida amat. Multis surculis et cespitibus supra terram repit, folia crebrius ciliata, apicesque eorum spinis valde pungentibus terminati. Omnia inferius plerum-

plerumque rubent, radicalibus imbricatis, caulinis minimis paucisque, caulis palmaris et dodrantalis, rubens, ſuperne ramoſus ſingulis ramis florem ſuſtentantibus album, cuius petala interne pulchre guttata ſunt, punctis circa vmbilicum pallide luteſcentibus, verſus apicem ſanguineis. Vſus eſt huius plantae incolis *Sibiricis* in angina et pleuritide, eius herbam cum aqua coquentibus et bibentibus, vnde forte bronchialis LINNEO dicitur.

77. *SAXIFRAGA* foliis caulinis lanceolatis, alternis, nudis, inermibus; caule erecto, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 576. *n.* 21. T. LXV. 3.

Saxifraga petalis latiſſimis, luteis lineatis, HALL. *Helu.* 399. *t.* 8.

Geum anguſtifolium autumnale, flore luteo, guttato, I. R. H. GM. *Ien.*

Geum paluſtre autumnale, foliis oblongis, crenatis, GM. *Irt.*

Geum paluſtre polygoni folio flore luteo non guttato, GM. *Len.*

Fibrillis tenuiſſimis nigricantibus, inter muſcos locis paludoſis naſcentes, radicatur, caulibus ſurgunt plus minus rubentibus, tenuibus, plerumque rubentibus, interdum viridibus; ſtipatis foliis alternis, anguſtis, integerrimis, firmis, pallide viridibus, eneruiis, inferius petiolatis, ſuperne ſeſſilibus. Supremum caulis in 4. 5 aut 6. ramulos deſinit, vncia plus minus

 longos,

longos, minimis quibusdam craſſisque foliolis veſtitos, quorum ſinguli in extremitate florem gerunt, ſpecioſum, flauum, petalis 5 oblongis, extremitate ſubrotundis. Staminibus decem, antheris flauis inſtructis. Piſtillo bicorni, quod in capſulam abit priori ſimillimam.

Calyx quinquefidus; flore marceſcente ad caulem reflexus.

Naſcitur in omni *Sibiria*.

78. *SAXIFRAGA* foliis oualibus, retuſis, obſolete ſerratis, petiolatis, caule nudo, panicula conglomerata, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 573. *n.* 11. T. LXVI.

Saxifraga foliis oualibus, crenulatis, caule nudo, GM. *Inſt.*

Geum montanum folio ſubrotundo, ampliſſimo, flore roſeo, ſpecioſo, STELL. *Irc.* 302. *Och.* 192.

Geum ſaxatile rotundifolium maius, flore purpureo, MESS. AMM. *ruth.* 90.

Planta haec altiſſimorum montium iuga, aeque ac tenebricoſas valles vbique ad lacum *Baical* inhabitans, quaquauerſum ad *Angaram* e regione *Bretſchalouo Simouie* ad *Ircutum*, ſtadia 50 ab vrbe *Ircutia* occurrit, et rupes denique ad *Aldanum* ſecundum viam, quà itur ad *Vdenſe* munimentum, inhabitat.

Radix

Radix pollicem craſſa, tres vel quatuor pollices longa, ſub muſco et terra ſaxis inſtrata, leuiter ſaltem haerens, fibrisque rarioribns repens, foris fuſca intus candida, ſubſtantia medullari farcta, odoris nullius, ſaporis amariſſimi admodum adſtringentis, folia primordialia craſſa, rigida, parua, ſubrotunda, leuiter ambitu mucronata, multis validisque fibris, a coſta oras verſus excurrentibus, intertexta, ſupine intenſe viridia, laeuigata veluti ſplendentia, auerſa parte, pallidiora, folia adulta, qualia circa initium iulii fiunt, longiſſima, ſex ſaepe digitos lata, petiolis longitudine foliorum, teretibus, parte autem, qua caulem ſpectant, carinatis, firmiſſimis, e rubicundo colore viridibus. Scapus nudus ſaepe cubitalis, craſſus, flores in panicula conglomerata congeſti. Petala rubro - purpurea ouata. Filamenta decem calicis fundo adnata. Antherae flauicantes, infima ſua parte ſecundum longitudinem ſtaminum implantatae. Piſtillum bicorne flauicans. Styli duo at in hortenſi planta tres et quatuor, et flores quoque in hac laxiores, non raro foecundi. Fructus oblongus bicornis, bicapſularis ſemina minutiſſima fouens, ſpadicea, placentae immediatae adfixa. Calyx ſuperne quinquefidus.

Folia emarcida ſuperioris aut tertii anni colore ſuo omni orbata, coriacea, fuſca, a frigore et niue mitiora reddita inſeruiunt ruthenis ad *Angaram* et circa lacum *Baical*, vt et *Lenae*, *Vitimi*, *Selengae*, *Ircuti* accolis loco Theae ſinenſis, folia ſcilicet a neruo ſiue coſta media abraſa aheno iniciunt, aqua frigida adfuſa in

in ignem ponunt, et aliquoties ebullire ſinunt, decoctum poſtea ebibentes, quod, experientia omnino docente, colore non tantum The boy exprimit, ſed et ſapore ad vilioris notae Theam accedit, terreſtre quid tamen ſemper ſapere ſolet. Rutheni valde commendant hunc potum, alui profluuio laborantibus, totam plantam, quemadmodum et potum inde paratum ваданъ nuncupare conſueuerunt.

Amat ea foueas inprimis, ahenis analogas, in ipſorum montium iugis crebro obuias, et multitudine ſua totas quantas eas replet.

Haec omnia, b. M. W. STELLER.

79. *SAXIFRAGA* foliis ouatis, quadrangulo-imbricatis, ramis procumbentibus, LIN. *fl. lapp.* 179. *t.* 2. *f.* 1. HALL. H*elu.* 403.

Sedum alpinum ericoides purpuraſcens, MOR. *Hiſt.* 3. *p.* 480. *f.* 12. *t.* 10. *f.* 36.

Geum rupeſtre repens, herniariae facie, flore purpureo, STELL. *Ochot.* 201.

Saxifraga foliis caulinis, ouatis, oppoſitis imbricatis, ſummis ciliatis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 575. *n.* 18.

Radicula repit fibroſa, eaque ita intra rupium fiſſuras firmatur, vt loca ad perpendiculum abrupta, ſtraguli more, pendens cooperiat. Caules geniculati, fili-

filiformes, decumbentes. Folia ad ſingula genicula quadrifariam imbricata, ex aduerſo oppoſita, ouata, ſeſſilia, ciliata, omnino facie hemiariae. Caulis extremum occupat floſculus vnus, roſaceus, expanſus, lineam vnam longus, vnamque latus, piſtillum biroſtratum, eiusdem cum flore coloris. Capſula ſaxifragae, ſemina plurima minuta, ſpadicea. In exſiccatis plantis filamenta tantum quinque numero.

Nulla cum re haec planta aptius comparari poteſt, quam cum *Gentiana humili, aquatica, verna*, AMM. *Ruth.* 4. ſupra propoſita. Inuenit eam STELLERVS p. m. inter *Ochotium* et *Iacutiam* vrbes.

80. *SAXIFRAGA* foliis lanceolatis, ſupra ſerratis, floribus corymboſis, GM. *Inſt.*

Saxifraga ſedoides, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 572. *n.* 7.

Dubitanter valde hanc plantam propono, nam e ſpecimine ſicco vnico vix ſapio. Folia habet ouato-lanceolata, ſubſeſſilia, ad terram roſulae denſiſſimae ad inſtar congeſta. Caulis biuncialis eſt, nudus, vsque ad flores, quibus vnum vel alterum foliolum, fere integrum ſubiicitur. Corymbus terminalis numeroſis floribus, vt videtur purpuraſcentibus, ita ſpiſſus, vt capitulum magis referat.

STELLERVS eodem, quo priorem, loco inuenit.

81. *GEVM* rupeſtre minimum, folio trifido, flore albo, STELL. *Ochot.* 199.

? *Saxifraga tridactylites*, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 578. *n.* 32.

Neque de hac mihi planta constat, cuius ne siccum quidem specimen vidi, descriptio autem STELLERIANA haec est.

Occurrit inter saxa et sub praeruptis locis humidisque ad fluuium *Biela* et *Iudomam.* Floret iunio, habitat inter saxa, modo humistrata modo erecta, vnciam vnam, duas raro, longa. Radicula nititur tenuissima, fibrosa: statim ad terram multa folia prodeunt, laete virentia, versus diuisuras latiora, ad apicem trifariam diuiduntur, segmento medio longiore. Caulis hinc inde foliolo donatur, inque summitate in aliquot ramos diffunditur. Petala floris albida sunt, subrotunda. Pistillum et stamina ex albo virent.

82. *SAXIFRAGA* foliis caulinis palmatis: summo florali ouato, caule simplici subbifloro, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 577. *n.* 28.

Saxifraga foliis radicalibus quinquelobis caulino ouato, LIN. *lapp. t.* 2. *f.* 7.

Geum palustre folio minus circinnato, pulchre serrato, glabro, STELL. *Irc.* 304. *och.* 194

Saxifraga foliis reniformibus, lobatis, obtusis, crenatis, superioribus digitatis, acutis caule ramoso, GM. *inst.*

Ad *Angaram* et *Ircutum* fluuium, vt et ad *Maiam* et *Iudomam* STELLERVS collegit.

83.

83. *SAXIFRAGA* foliis radicalibus reniformibus, quinquelobis, multifidis, caulinis, linearibus, caule subnudo, ramoso, LIN. *Am. ac.* 4. *p.* 271. *n.* 27.

Geum saxifragae rotundifoliae albae, facie, flore albo, non guttato, STELL. *Ochot.* 198.

Saxifraga foliis reniformibus ex lobato crenatis superioribus linearibus acutis, integris, caule parum ramoso, GM. *Inst.*

Facies omnino est *saxifragae rotundifoliae* albae, sed grana radici non adhaerent, folia glabra, sed caulis non nihil hirsutus, praesertim ad diuisuram.

Prouenit in vdis pratis syluosis indesinenter ab *Aldano* ad *Vrakum* vsque.

84. *SEDVM* foliis planiusculis, serratis, corymbo folioso, caule erecto, LIN. *Sp. pl.* 1616. *n.* 2.

Nascitur in omni *Sibiria* et *Ruthenice* узикъ et скрипунъ, in Sibiria autem propter vim, qua pollet, vulnerariam живая трава dicitur.

85. *SEDVM* foliis cuneiformibus, non cauis, obtuse dentatis, ramis repentibus, apice rosaceo foliatis, LIN. *vps.* 116. T. LXII. I.

Sedum foliis planiusculis, patentibus, supra serratis, corymbo terminante, nudo, GM. *Inst.*

 Sedum

Sedum minus repens, chamaedryos foliis, e ſingulis foliorum alis radices agens, AMM. *Ruth.* 93.

Radix tenui viticula, tenuiſſimas hinc inde fibras in vnum mittente, transuerſim in terra repit. Cauliculus palmaris et dodrantalis, valde durus, nunquam erectus, ſed laeuiter ſupinus, in humilioribus ſpeciminibus ex toto, in altioribus ad exortum tantum rubens, tum ex albo-viridis, ad duas altitudinis tertias partes nudus, laeuibus tamen tuberculis, quaſi foliorum rudimentis notatus, tum foliis ſtipatus ſucculentis, exacte cuneiformibus, vndique ad oras obtuſe dentatis, ſupra viridibus vel e viridi rubentibus, infra ex albo viridibus. Flores ſpecioſi, fere vmbellatim diſpoſiti. Petala quinque acuta, flaua, filamenta et antherae decem, coloris eiusdem,

Not. 1. Ad radicem ſaepe ſuperioris anni caulis ſupereſt. Et praeter caulem floriferum duo vel tres conſpiciuntur rami repentes, foliis tantum ſuperne veſtiti, rotundioribus, ſed ceterum forma, ſubſtantia et colore deſcriptis ſimillimis.

Not. 2. In ſpeciebus LINNEANIS vitium ſine dubio typographicum eſt quod BVXBAVMIVS excitetur, id quod cuiuis adparet.

HEINZELMANN hanc plantam in montibus *Vralenſibus* legit, ſecundum ſyluas ad *Tunguſeam* in regione vrbis *Kraſnoiarii* PATRVO occurrit. Loca aperta non amat.

86.

86. *SEDVM* foliis lanceolatis, ſerratis, planis, caule erecto, cyma ſeſſili terminato, LIN. *Sp. pl.* 1. 617. *n.* 4.

Sedum caule erecto foliis lanceolatis, ſerratis, corymbo terminante, GM. *Inſt.*

Anacampſeros flore flauo, AMM. *Ruth.* 96. *t.* 11.

Deſcriptioni PATRVI in libro AMMANNIANO obuiae, haec pauca addo.

Petala quinque lanceolata, ſtamina decem, quinque petalis et quinque calyci inſerta, corolla paulo breuiora, nectaria quinque, ſingulum ſquamula lata truncata, ſingulo germini ad baſim extrorſum inſerta.

87. *CRASSVLA* foliis planiuſculis, mucronatis, caule erecto ſimpliciſſimo, ſpica ſimplici, T. LXVII. 2.

Sedum foliis oblongis, ſpina terminatis, floribus ſpicatis ſeſſilibus, GM. *Inſt.*

Radix parua eſt, tenuis et fibroſa, e qua mox prodeunt folia plurima, in circulum poſita, arcte compacta, e viridi glauca, ſeſſilia, ouata integerrima, ſingula in ſpinam albam deſinentia, florente planta aridam et exſiccatam. Caulis ſingularis, non raro inflexus dodrantalis plerumque et altior, interdum tamen vix triuncialis, inferius quartam circiter partem foliis ve-

 ſtitus

ſtitus craſſis, denſe congeſtis glaucis, minimisque rubentibus punctis non raro adſperſis, in extremitate, frigore praeſertim ingruente, rubentibus, duas plus minus vncias longis, dimidiam latis. Hinc folia ſequuntur ad extremum vsque caulem copioſa, conſiſtentiae et coloris eiusdem, ſed multa minora et acutiora, denſiſſime pariter congeſta et caulem omnino tegentia, in quorum alis tanquam in claua flores naſcuntur albentes quinque interdum ſex petalis conflati, extus virideſcentes, et calyce pentaphyllo ſuſtentati, numero petalorum numerus filamentorum, quae albentia ſunt et antheras ſibi incumbentes habent, reſpondet. Ouaria quinque ſtyli rubentes. Claua florifera e longinquo ſpectata luteſcit.

In palmaribus ſpeciminibus obſeruo caulem plerumque 4 aut 5. triunciales, tenues, emittere ramos, floribus onuſtos, ipſumque et pariter in breuem ſpicam floriferam deſinere.

Naſcitur in omni *Sibiria.*

88. *RHODIOLA* LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1465. *n.* 1.

Ad *Vrakum Ocbotum* et *Marecanum* fluuios frequens eſt.

89. *OXALIS* ſcapo vnifloro, foliis ternatis, radice ramoſo - articalata, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 620. *n.* 1.

Orys

Oxys flore albo, I. R. H. *Omn. Ind.*

90. *LYTHRVM* foliis oppoſitis, cordato - lanceolatis floribus ſpicatis, dodecandris, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 640. *n.* 1.

Lyſimachia ſpicata purpurea, BAVH. *pin.* 246.

In omni *Sibiria* naſcitur.

91. *LYTHRVM* foliis alternis lanceolatis, panicula virgata, floribus dodecandris, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 624. *n.* 10.

Salicaria orientalis, *ſalicis folio acutiſſimo et glabro*, TOVRN. *Cor.* 18.

Salicaria glabra, *longioribus*, *et anguſtioribus foliis*, *et ſalicaria glabra ramoſiſſima*, *longiſſimis et anguſtiſſimis foliis*, AMM. *Ruth.* 88. 89.

In omni *Sibiria* naſcitur.

92. *MITELLA* ſcapo nudo, corollarum petalis fimbriatis, T. LXIII.

An Mitella Americana, *florum petalis fimbriatis*, T. I. R. H. GM. *Ind. Len.* 241.

Mitella ſcapo nudo, AMM. *Ac.* 2. *p.* 352.

Radix

Radix leuiſſime terrae infixa. Folia ad eam in orbem ſparſa, cordato-reniformia ad oras crenulata, longis hirſutis petiolis haerentia admodum hirſuta, ſupra viridia, infra albentia. Caulis ſolitarius dodrantalis, tenuis hirſutusque, verſus ſummitatem onuſtus floribus 5 ad 12 alternis, pednuculatis, pedunculis incuruis, diſtantibus. Capſula compreſſa, e rotundo acuminata, maturitate bifariam dehiſcens, dehiſcit autem flore vix dilapſo, et prius quam maturitatem nacta ſit, mitrae ſimilis, vt TOVRNEFORTIVS exprimit, plena vero maturitate vtraque eius valua tantum aperitur, quae horizontaliter collocantur, et ſemina nigra fundunt.

Amat ſyluas a *Lena* fluuio ad mare vsque orientale.

93. *ZYGOPHYLLVM* foliis petiolatis, foliolis obouatis, caule herbaceo, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 551. *n.* 1.

Capparis portulacae folio, BAVH. *pin.* 480.

D. LERCHE *Aſtrachania* miſit.

94. *PARIS* foliis quaternis, LIN. *Lapp.* 155.

In omni *Sibiria* naſcitur.

95. *RVTA* foliis ſimplicibus alternis, T. LXVIII. II.

Perennis multicaulis, *polygalae folio*, *albo flore*, MES. AMM. *Ruth.* 51.

Harmala

Harmala montana, polygalae foliis, floribus luteis id. l c. n. 92.

Peganum foliis indiuisis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 638. *n.* 2.

In *Transbaicalensibus* regionibus frequens est.

96. *PEGANVM* foliis multifidis LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 638. *n.* 1.

Folia calycis plerumque simplicia interdum ramosa. Stylus teres, filiformis, longitudine filamentorum. Stygma triquetrum, stylo paulo breuius.

97. *DICTAMVS* albus, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 548. *Fraxinella*, CLVS. *Hist.* 99.

In regionibus *Argunensibus* in campis prouenit.

Etiam huius plantae folia incolis argunensibus theae loco inseruiunt et forte eandem ob causam haec planta ab illis бадань dicitur.

98. *MONOTROPA* floribus lateralibus octandris, terminali decandro LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 555 *n.* 1. *Cum syn.*

Inter *Kiringense* et *Olemense* munimenta ad *Lenam* passim nascitur.

CLASSIS XVIII.

POLYANTHERAE.

1. HYPERICVM floribus pentagynis, caule tetragono, herbaceo, erecto simplici, foliis laeuibus, integerrimis, LIN. *h. vps.* 236. *Sp. pl.* 1. *p.* 1102. *n.* 4. T. LXIX.

Ascyrum magno flore, BAVH. *pin.* 280. *prodr.* 130. *Omn. Ind.*

Nullum facile pratum est, ad omnem *Angaram* et *Tungufeam*, quo haec planta non occurrat, quamuis fere semper incompleta et aliqua sui parte mutilata, icon autem ad naturam pulchre facta, in statu quam perfectissimo eam sistit. Fructus oblongus est, quinquecapsularis, septis cum placenta quinquangulari cohaerentibus.

2. *HYPERICVM* floribus trigynis, calycibus serrato-angulosis, caule tereti erecto, foliis ouatis, subpubescentibus, LIN. *Sp. pl.* 2. *p.* 1105. *n.* 21.

Hypericum villosum erectum caule rotundo, I. R. H. *Ind. Ien.* 791.

Hypericum floribus trigynis, calycum serraturis capitatis, caule tereti, LIN. *Hort. Cliff.* 380. *Ilo. suec.* 626. *Roy Lugd.* 474.

Caly-

Calyces nigris quasi globulis ad oras hirsuti sunt, ad Ieniseam fluuium passim prouenit.

3. *HYPERICVM* floribus trigynis terminalibus, foliis ouatis, amplexicaulibus obsolete punctatis, opacis.

Folia in extremo obtusa, et leuiter emarginata sunt. Flores in summo caule quatuor aut quinque, longe petiolati, folia calycis oblonga, integra, petala vnicoloria. Fructus trigynus.

Nascitur in *Camtschatca*.

4. *HYPERICVM* floribus trigynis, caule ancipiti, foliis obtusis, pellucido punctatis, ROY. *Lugd.* 474 LIN. *Hor. cl.* 380. *fl. suec.* 625. *Sp. pl* 2. *p.* 1105. *n.* 18.

An hypericum pulchrum, TRAGI. I. R. 3. GM. *Ind. Ien.* 790.

In omni *Sibiria* nascitur, in *Russia* inter herbas vulnerarias dictas praecipuum locum nactum est quare etiam κατ ἐτοχὴν звѣробой dicitur. In Sibiria autem nullius vsus est, hinc et nullo nomine dignatur.

5. *CAPPARIS* spinosa, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 720. *n.* 1. *Gum. syn.*

D. D. et consil. LERGE in regione vrbis *Kislariae* inuenit.

6. *TILIA* floribus nectario destitutis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 733. *n.* 1.

A *Iaico* ad *Tomum* vsque fluuium paſſim naſcitur, non tamen crebro, quin in *Iſetenſi* prouincia ex omnibus caſtellis ad caſtellum, quod a *Tſchebare* lacu nomen habet, itinera fiunt ad corticem tiliae acquirendum et in vſus domeſticos adhibendum.

7. *CHELIDONIVM* pedunculis vmbellatis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 723. *n* 1.

Chelidonium maius vulgare I. R. H. *Omn. Ind.* In omni *Sibiria* naſcitur.

8. *PAPAVER* capſulis hiſpidis, ſcapo nudo vnifloro, hiſpido, foliis ſimplicibus pinnato ſinuatis, LIN. *vpſ.* 136. *Sp. pl.* 1. *p.* 726. *n.* 4.

Papauer alpinum ſaxatile, coriandri folio I. R. H. *Ind. Transb.*

Papauer erraticum, pyrenaicum flore flauo, B. *pin. ibid.*

Papauer nudicaule, hirſutum, flore ſulphureo, Ind. Irc. 459.

Papauer H. Elth. t. 224. *f.* 291. *Ind. Len.* 350.

Papauer erraticum luteo flore, capite oblongo, hiſpido et laeui, MESS. AMM. *Ruth.* 81. 82.

Papauer flore luteo, aureo, folio ſpicae indicae gratiſſimi odoris, in primis veſpera, et papauer flore luteo pallido, vt et papauer flore luteo obſcuro, EPH. NAT. CVR. *Vol. III. p.* 355. *n.* 7. 8. 9.

Color

Color floris luteus, aurantius, et albus, flores etiam magnitudine variant

Ab *Angara* vsque in *Camtſchatcam* prouenit nec omnino differt a papau. *Hort. Elth.* nam radix craſſior ab aetate inducitur, et planta in ſolo vegeto nata, plerumque magis odorata eſt, quam quae in ſterili creſcit. Tale autem noſtra planta amat. Ex *ſinis* ad academiam huius etiam plantae ſemina transmiſſa ſunt, quae plerumque varietatem albam produxerunt, credibile itaque eſt, orientali *Sibiriae* et *ſinarum* imprimis indigenam plantam eſſe.

9. *ACTAEA* racemo ouato, fructibusque baccatis, rubris, MORIS. *hiſt.* 2. *p.* 298. *ſ.* 1. *t.* 2. *f.* 7. *Ind. Len.*

I. Eadem baccis albis.

Chriſtophoriana Americana, racemoſa, baccis nigris, MORIS. *l. c. Ind.* 298.

Naſcitur in omni *Sibiria* et baccae conſtanter rubrum colorem ſeruant. Ad *Lenam* tantum fluuium baccis albis variat. Caeterum a vulgari nulla plane differentia eſt, quod ad folia flores et fructus ſpectat.

10. *CIMICIFVGA* LIN. *Syſt. nat.* 1282. T. LXX.

Actaea fructibus ſiccis plurimis, GM. *Inſt.*

Thalictroides glutinoſum, foetidiſſimum, ampliſſimis foliis Ind. Len. 426. *Irc.* 607. *Ien.* 1128.

Thalictroides foetidiſſimum Chriſtophorianae facie, GMEL. AMM. *Ruth.* 102.

Actaea racemis paniculatis, fructibus quadricapſularibus, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 722. *n* 3.

Radix perennis eſt extus fuſca, intus alba, craſſa, nodoſa, breuis, fibris plurimis craſſiuſculis, transverſim in terra repentibus aucta. Caulis orgyam nonnunquam altus, ad exortum rubens, tum dilute viridis, et leuiſſime hirſutus, vix ſtriatus, pro magnitudine plantae haud admodum altus, parum cavus, mox ad exortum ſuum bifariam diuiſus, vno ramo vsque ad triunciale ſpatium nudo, tum in nodum intumeſcente et abhinc in tres ramos hirſutos ſubdiuiſo, quorum ſinguli ſuſtinent folium, quale in Icone ad latus pictum eſt, ſed multo altius, pinnatum in recenti planta glutinoſum, pinnis circum circa ſerratis, ad coſtam hirſutis pallide viridibus, venoſis, alter ramus, breui poſt exortum, folium, deſcripto ſimile emittit, altero ſubinde alterum ſequente, ita tamen vt ſuperiora ſemper minora ſint, et ſuprema integra. Extremum caulis plurimos emittit ramulos, ſatis longos, ad quos alternatim egrediuntur flores globoſi, breuiſſimis pediculis innixi, corolla deſtituti, ſed quatuor, quinque et ſex calycis foliis, ſubrotundis, concauis, obtuſiuſculis inſtructi filamentis plurimis absque piſtillo. Ipſum caulis faſtigium in eiusmodi ſpicam terminatur, corolla nulla, calyce deſcripto ſimili, ſed caduco, filamentis iisdem, Antheris omnino fertilibus, piſtillis pluribus numero variantibus, cum totidem ſtylis ſubulatis, ſtigmatibusque conuexis, ſtylorum longitudine. Ita aliquoties obſeruaui in exemplis, quae hortus noſter Academicus alit, vt videatur planta magis ad polygamiam monoeciam L. pertinere, quamuis et ſaepe dioica eſſe ſoleat, antheris circa femininas

mininas partes ſterilibus: ſcimus autem naturam in ſexu haud raro ludentem. Capſulae tot quot ouaria, membranacea vnilocularia, apice conniuentia, breuibus pediculis haerentia. Semina plerumque quatuor, minuta albentia, theca crispis quaſi vndulatisque membranis aſpera obuoluta.

Tota planta viroſo, caputque vehementer tentante, odore praedita eſt, vix tolerabili, in hortenſi aliquantum remiſſiore. Spectat ad illas, quae Ruthenice a medicaſtris *Sibiriae* седезикея dicuntur. Relatum PATRVO fuit, illius decocto, per ſeptimanam epoto, in hydrope tam vomitu, quam per aluum magnam aquarum copiam eliminatam, aegrumque inde penitus reſtitutum fuiſſe.

Spica florifera ante florum explicationem deorſum nutat, et tum demum erigitur, quando flores explicare incipit.

A. eſt fructus maturus, *b.* ſemina theca inuoluta, *c.* ſemen denudatum.

Ab *Ieniſea* fluuio in omni vlteriori *Sibiria* naſcitur. Floret ſub medio Iulii et medio Auguſti ſemen perficit.

11. *NYMPHAEA* foliis cordatis integerrimis, calyce quadrifido, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 729. *n.* 2.

Nymphaea alta maior, B. *pin.* 193. *Omn. Ind.*

I. Nym-

I. Nymphaea alba minor, MOR. *h. Ox. Ind. Len.* 348. T. LXXI.

In omni *Sibiria* naſcitur Var. I. ad lacus in ripis *Lenae* fluuii extantes paſſim obuia eſt.

12. *NYMPHAEA* foliis cordatis integerrimis, calyce maiore petalis, pentaphyllo, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 729. *n.* 1.

Nymphaea lutea maior, B. *pin.* 193.

Nymphaeae Ruſſis communi nomine озерной папушникъ dicuntur.

In omni *Sibiria* naſcitur.

13. *PAEONIA* fructibus tribus glabris.

Paeonia lacteo flore, foliis utrinque viridantibus et ſplendentibus, AMM. *Ruth.* 103.

Paeonia flore albo ſimplici, ACT. *nat. cur. Vol. III. p.* 355. *n.* 20.

Transbaicalenſibus regionibus haec ſpecies propria eſt. Hortenſis plantae flores conſtanter minores ſunt. Caeterum deſcriptio I. GMELIN. Apud AMMANNVM conſulatur.

14. *PAEONIA* fructibus quinque glabris patentibus, T. LXXII.

Paeonia foliis lobatis, flore dilute purpureo Ind. Len. 429.

I. Eadem

I. Eadem flore fature purpureo, *Ind. Ien.* 1132.

Radix admodum tuberofa, maxima, craffiffimis ramis pedalibus in terra latens, foris lutefcens intus candida, odore radicis Iridis florentinae. Caules ex ea quatuor ad fex bicubitales et altiores, teretes, laeues, digiti minoris craffitie ad mediam vsque altitudinem pulchre vno latere rubentes, firmi, ad tertiam altitudinis fuae partem foliis nudi, fed iisdem poftea alternatim, per longa interualla ftipati, inferioribus lobatis, longe petiolatis, fuperioribus digitatis, fere feffilibus, glabris fplendentibus. Flores terminales, fpeciofi, vel dilute, vel intenfe purpurei, petalis nouem vel decem, calyce pentaphyllo, foliis lanceolatis, caulina imitantibus.

Nafcitur in omni *Sibiria.*

15. *PAEONIA* foliolis linearibus, multipartitis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 748. *n.* 2. T. LXXIII.

Paeonia Vcrainia peucedani folio, flore coccineo fimplici, SCHOB.

Fructus duo et tres funt, flores exigui modo, modo ampliffimi coccinei, radix tuberulofa.

In *Vcrainia* prouenit: et vbique ad *Tanain.*

16. *AQVILEGIA* nectariis rectis, petalo lanceolato breuioribus, LIN. *Sp. pl. p.* 752. *n.* 2.

Aquilegia montana magno flore, B. *pin.* 144. *Ind. Irc.* 606.

Aquilegia nectariorum limbis, diuersicoloribus, GM. *Inst.*

Folia multo ampliora, quam in planta BAVHINIANA e luteo viridia, distinctius neruosa, foliolis longioribus ac latioribus, sed differre non videtur.

In montosis *Ircutiae* vrbis passim nascitur.

17. *AQVILEGIA* syluarum humilis, GM. *Ind. Len.* 440. T. LXXIV.

Radix fusiformis, crassa, succulenta, plurima ad eam folia longe petiolata, ternata, lobis ter plerumque incisis. Caules pedales et cubitales, non raro inflexi, glabri. Nectaria spiralia. Petala plana, violacea. Capsulae tres, quatuor, quinque.

In syluis ad *Lenam* frequentissima est.

18. *DELPHINIVM* nectariis diphyllis, labellis integris, floribus subsolitariis, foliis compositis, lineari-multifidis, LIN. *Hort. vps.* 150. *Sp. pl.* 1. *p.* 749. *n.* 5.

Delphinium nectariis diphyllis, capsulis triplicibus, foliis multipartitis, laciniis linearibus, caule subdiuiso, GM. *mst.*

Delphinium elatius, subincanum perenne, floribus azureis AMM. *Ruth.* 175. MILL. *Dict. t.* 119.

I. Idem

I. Idem foliorum laciniis latioribus.

II. Idem flore albo.

In omni *Sibiria* ad *Ochotenſe* vsque mare naſcitur. Varietas I. *Otſchakouio* translata eſt.

19. *DELPHINIVM* nectariis diphyllis, labellis, bifidis, apice barbatis, foliis inciſis, caule erecto, LIN. *Hort. vpſ.* 151. *Sp. pl.* 1. *p.* 749. *n.* 6.

Delphinium nectariis dipyllis, capſulis triplicibus, foliis multifidis, inciſis, acutis, caule ſimplici, GM. *Inſt.*

I. Scapo caeruleſcente glabro.

α) Caulibus fere glabris T. LXXV.

β) Foliis hirſutis T. LXXVI.

II. Scapo veluti farina lutea adſperſo.

α. Foliis ſubhirſutis.

1. non profunde diuiſis.

Delphinium perenne aconiti folio ampliori, floribus longioribus pediculis inſidentibus, minus villoſum. AMM. *Ruth.* 174. T. LXXVII.

2. Foliis tenuius diuiſis T. LXXVIII.

3. Floribus albis.

III. Caulibus hiſpidiſſimis.

α. foliis rotundioribus T. LXXIX.

β Foliis productioribus T. LXXX.

Miris haec planta varietatibus obnoxia est, quas omnes recensere taediosum foret. Nec longitudo pedunculorum maior, nec glabrities et hirsuties, nec foliorum incisura profunda, aut minus profunda, nec laciniarum folii latitudo maior aut minor, nec mollities aut durities eorundem foliorum nec florum diuersa magnitudo, nec petalorum forma subrotunda aut oblonga aliquid in hac planta ad speciem diuersam statuendam faciunt. Ita enim planta haec promiscue in loco natali occurrit, et in hortos transportata magis adhuc variare solet, laciniae foliorum saepe tam angustae sunt, vt omnino accedant ad lacinias prioris speciei, atque prior habet saepe ita latas vt parum abludant a latitudine huius speciei. Ita specimina hortensia docent, quod in syluestribus peregrinatores nostri nunquam obseruarunt. Raro enim accidit, vt adnotatum deprehendo, vbi haec plantae in solo patrio nascuntur, vt vna species alteri admodum vicina sit, cum prior campos inhabitet apricos, sicos, posterior autem de qua sermo est, syluis, insulis, et ripis siluosis fluuiorum et amnium magis delectetur. An forte in horto vicinia specierum effecit, vt semina inuicem commiscerentur? in flore et fructu nulla mutatio facta est, sed folia tantum eam perpessa sunt. Russis прикрить dicitur et in Omni *Sibiria* vsque in *Camtschatcam* nascitur.

20. *ACONITVM* foliis palmatis, multifidis villosis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 750. *n.* 1. T. LXXXI.
Aconitum lycoctonum luteum, B. *pin. Ind. Irc. p.* 621. *Len.* 434.

Aconitum

Aconitum lycoctonum luteum maius, ampliore caule, amplioribus foliis, DOD. *pemt. Ind. Len.* 435. *Irc.* 623.

Aconitum tyrenaicum ampliore folio, tenuius laciniato STELL. *Irc.* 586.

Eſt aliqua in foliis varietas, quam nomina diverſa excitata indicant, inſignis et ea eſt, quam flora Ircutienſis exhibet, ſed haec omnia tanti habenda non ſunt, quanti habenda eſt differentia a planta naturali, alibi terrarum naſcente. In noſtra enim caulis, quoad floribus veſtitur, vt et pedunculi hirſutie ochroleuca ſeu omnino ſature flaua obtecti ſunt, et petala quatuor inferiora quae in Europaeis plantis parum interne hirta ſunt, in hac lana flaua penitus pubeſcunt.

Naſcitur in omni *Sibiria.*

Eſt adhuc varietas alia, floribus pallide purpureis, valde luxurians hominis adeo altitudinem ſuperans, qua in re a reliquis abludit, et dicitur Ruthenice прикрипъ большой eiusque radice vtuntur in cuiuscunque generis morbis incognitis, in epilepſia et luc venerea, vbi ſc. magnitudo mali generoſum remedium requirit. Aconitum lycoctonum luteum in debilitate ventriculi forma decocti commendant.

21. *ACONITVM* foliorum laciniis linearibus, ſuperne latioribus linea exaratis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 751. *n.* 4.

Aconitum caeruleum s. Napellus, BAVH. *pin.* 183.

Et haec species multum variat, caulibus modo scandentibus, modo erectis, foliis tenuius vel profundius incisis, amplioribus, vel exiguis, glabris et hirsutis. Lineae foliorum plerumque satis extantes, nonnunquam fere obliteratae. Caules modo glaberrimi, modo hirsutissimi, flores magis aut minus hirsuti.

Nascitur in omni *Sibiria* in *Camtschatcam* vsque, Ruthenice боретъ dicitur, et radicem comestam dementiam inducere putant.

22. *ACONITVM* floribus pentagynis, foliorum laciniis linearibus, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 751. *n.* 7.

Aconitum salutiferum s. anthora, BAVH. *pin.* 184. *Ind. Ien.* 1142.

Nascitur ab *Ienisea* ad *Angaram* vsque.

23. *TROLLIVS* corollis conniuentibus nectariis longitudine staminum LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 732. *n.* 1.

1. Idem nectariis in petala oblonga et angusta mutatis.

Helleborus niger Ranunculi folio, flore globoso, maiore, TOVRN. I. R. H. *Omn. Ind.*

Helleborus aconiti, folio flore globoso, croceo, AMM. *Ruth.* 101.

Nasci-

Nafcitur in omni Sibiria et Camtſchatca et planta quidem naturalis in Iſetenſi prouincia et Camtſchtca niſi quod Camtſchatica flore croceo ſit, vti varietas I. quae ab Irti fluuio naſci incipit, et terras abhinc orientem verſus et meridiem ſitas ad mare vsque orientale inhabitat. Singularis plenitudo eſt in varietate, quae foecundationi non nocere videtur, ſemen enim fert, e quo ſimilis planta naſcitur, nec reticendum eſt, quod iis in regionibus, vbi planta prouenit monſtroſa, naturalis dificiat, et vice verſa. Quare dubium eſt, num non pro diſtincta ſpecie melius habeatur?

Ruſſico nomine etiam haec planta прикримъ dicitur. Quo ſcl. nomine omnes plantae denotantur, quarum vſus eſt in morbis obſcuris, aut contumacibus. Radix autem in vſum adhiberi ſolet.

25. *ISOPYRVM* ſtipulis ſubulatis, petalis acutis; LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 782. *n.* 1.

Helleborus fumariae foliis, AMM. *Ruth. n.* 100. *t.* 12.

Odor eſt Hellebori. Germina corniculata ad quatuordecim; Legumina totidem ſtellae adinſtar diſpoſita, vnilocularia. Semina plurima, oualia, nigra.

Ab *Ieniſea* fluuio in omni vlteriore *Sibiria* naſcitur.

25. *CALTHA* paluſtris ROY. *Lugd.* 484. LIN. *Sp. pl.* 1. 784. *n.* 1.

Popula-

Populago maior, TABERN. *Ic.* 150.

In omni *Sibiria* nafcitur.

26. *CALTHA* caulibus procumbentibus, foliis cordato reniformibus, aequaliter crenatis, floribus pufillis, T. LXXXII.

Papulago flore minore rubello, GM. *Ind. Irc.* 605.

Radiculae albentes capillares et culmo craffiores, in limo firmatae. Caulis procumbens, teres, pennae anferinae craffitie, fplendens, inferne plerumque purpurafcens, fuperne pallide viridis, pedalis, nodofus, petioli ad fingulos nodos faepe quadriunciales, incurui, terminati folio cordato, ambitu vndique crenato, infra purpurafcente, ex inferiori nodorum parte fibrae faepe in terram demittuntur, radices ibidem agentes, caulis ad faftigium erectiusculus, alios emittit petiolos, foliis fimilibus fed minoribus fuftentatos, e quorum alis pedunculi furgunt, plus minus vnciales, qui in faftigio florem gerunt minutum, conflatum ex petalis quinque fubrotundis, verfus bafin albis, extremitatem verfus rubefcentibus, et in dorfo faepe viridefcentibus, capfulae triquetrae, polyfpermae

Omnia minora funt ac in Caltha vulgari.

Circa *Ircutiam* vrbem in amnibus aut in alueis fluuiorum pigris nafcitur.

27. *THALICTRVM* fructibus pendulis, triangularibus, contortis, caule fubancipiti, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 770. *n.* 13.

Thalictrum

Thalictrum fructibus pendulis, triangularibus, ſtipulis nullis, GM. *Inſt.*

Petala ſtaminibus breuiora, foliola perquam parva, glauca, ſubrotunda, pleraque ſimplicia, terna aut trifida, obtuſa. Flores in racemo non admodum amplo congeſti.

Ab *Ieniſea* fluuio in *transbaicalenſes* regiones naſcitur.

28. *THALICTRVM* fructibus triangularibus, rectis, caule tereti, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 770. *n.* 13.

D. P. *Kalm.* in *Wiſchnei Volotſchok* certe legit, ceterum in *transbaicalenſibus* regionibus frequentiſſimum eſt, plantae ſemine maturo foetae ſtipulas nullas amplius habent, oſtenduntque foliorum habitum aliquantum immutatum.

29. *THALICTRVM* caule folioſo, ſulcato, panicula multiplici erecta, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 770. *n.* 10.

Thalictrum maius, ſiliqua anguloſa, ſ. ſtriata, BAVH. *pin.* 336.

I. Idem foliis productioribus.

In omni *Sibiria* cum varietate ſua, quae quoque e *Camtſchatca* transmiſſa eſt, naſcitur.

30. *THALICTRVM* foliis ſexpartitis, floribus cernuis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 769. *n.* 6.

In omni *Sibiria* vsque in mare orientale nascitur.

Not. De reliquis Thalictris Sibirciis L. mihi non constat.

31. *CLEMATIS* foliis simplicibus, ouatis, sessilibus, lanceolatis, floribus cernuis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 767. *n.* 12.

Clematis caerulea pannonica, CLVS. *Hist.* 1 *p.* 123.

GERBERVS ad fluuium *Tanain* obseruauit.

32. *ATRAGENE* foliis pinnatis, foliolis ex lineari-lanceolatis, simplicibus bi-et trifidis.

Clematis erecta foliis angustis, cornu cerui divisura, AMM. *Ruth.* 108.

Ob petala constanter plus, quam quaterna huc retuli, ceterum AMMANNVS consulatur.

In regionibus *transbaicalensibus* nascitur.

33. *ATRAGENE* foliis duplicato-ternatis, serratis, petalis exterioribus quaternis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 764. *n.* 2.

Clematis alpina geranifolia, BAVH. *pin.* 300.

Clematis alpina ponae cruciata, pon. bald. 335.

Flos Albens et Rubens per arbores scandit, et in omni *Sibiria* occurrit.

34.

34. *ANEMONE* pedunculo inuolucrato, petalis re-ctis, foliis bipinnatis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 778. *n.* 5.

Albo colore nonnunquam variat, variant quoque folia magis et minus compofita, fiue pluribus aut paucioribus coniugationibus conflata. Vidi quoque fpecimina flore pallide ex caeruleo purpurafcente, erecto, patente, limbo petalorum plerumque reflexo, foliorum paribus pluribus, foliisque fub flore quodammodo ramofis. Videturque THALIVS eiusmodi plantam defcripfiffe.

A *Ienifea* fluuio in vlteriori *Sibiria* prouenit.

35. *ANEMONE* pedunculo involucrato, foliis digitatis, multifidis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 759. *n.* 3.

Pulfatilla folio anemones fecundae feu fubrotundo, BAVH. *prodr.* 94.

Pulfatilla polyanthos violacea, Anemones folio BREYN. *Cent.* 132. HELV. *puls.* 52. *t.* 2. 3.

Pulfatilla Anemones folio diffecto, lanuginofa, flore maiore, dilute luteo-patente, AMM. *Ruth.* 104.

Magna eft huius plantae varietas colore floris, naturaliter quidem luteo, fed idem plerumque caeruleo deprehentitur - faepe quoque totus caeruleus eft, aut tria petala alternatim dilutiffime purpurea et alba, infraque non nifi per dorfum purpurea obferuantur, lacteo

 flore

flore pariter occurrit, idem flos vel amplissimus est, vel et admodum exiguus, semper tamen erectus et patens, differt quoque elato humilioreque caule. Invenitur etiam foliis fere glabris, latioribus segmentis incisis.

Succus recens pulsatillae luteae ab incolis *Ircutiae* vrbis in aures immititur in surditate, in dolore vero caloreque capitis, folia fronti alligata vesicas ciendo proficere dicuntur.

Haec species in omni *Sibiria* vulgatissima est, neque in Isetensi prouincia alia occurrit.

36. *ANEMONE* pedunculo nudo, seminibus subrotundis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 761. *n.* 10.

Anemone seminibus seta plumosa terminatis, LIN. *H. cl.* 224. ROY. *Lugd.* 488.

I. Eadem flore viridi.

II. Eadem flore sature purpureo, viridi, passim vario.

III. Eadem flore viridi passim purpureo.

IV. Eadem flore viridi pleno.

Foliis multas varietates subit, quae interdum amplissima sunt, non nunquam minutissima, glabra aut hirsuta, nitentia et non nitentia, flos quoque non nunquam amplissimus, non nunquam paruus, glaber aut lanuginosus.

Nascitur

Nafcitur in omni *Sibiria*, varietates I. II. III. IV. ad monafterium *Dalmatouenfe Ifetenfis* prouinciae non rarae funt. Varietas quarta orginem debet ftaminibus, quae monftrofe excreuerunt in petala peranguſta fpathulae forma.

A medicaftris *Sibiricis* ad illas herbas refertur, quae грыжиые dicuntur, a quibusdam etiam белой прикримъ dicitur.

37. *ANEMONE* caule dichotomo, foliis feffilibus oppofitis amplexicaulibus, trifidis, incifis, LIN. *amoen ac.* 1. *p.* 155. *Sp. pl.* 762. *n.* 12.

Ranunculus phragmites albus vernus, I. B. T. I. R. *Ind. Len.*

Anemonoides vulgaris monanthos flore albo, VAILL. *act. Par.* 1719. *Ind. Ien.* 721. *et* 722.

Anemone caule ramofo petalis fubrotundis, feminibus acutis, GM. *Inft.*

Radix tenuis infipida, longe in terra repens, fufca multis fibris capillaribus aucta, caulis cubitalis et bicubitalis. Ad medietatem illius folia duo oppofita, tripartita, foliolis linguae formibus, extremo ferratis et acutis, infra lineis tribus longitudinalibus, elatis, parum ramofis, fupra totidem fulcis confpicuis. E medio huius folii caulis longius protruditur, extremum verfus eiusmodi rurfus inuolucro auctus, e quo pedun-

pedunculus ſimplex vniflorus, duo que rami inuolucro in extremo aucti, foriſque rudimento donati ſurgunt. Etiam ex infimo inuolucro ramus, caule parum brevior exit, caulis ad inſtar terminatus.

Saepe etiam caulis ſummitatem verſus in duos ramos diuiditur, foliis duobus trilobis veſtitos, e quorum ſingulis pediculus palmaris exit, vniflorus. Ex ala diuiſionis autem plerumque pedunculus palmaris, aut minor nudus ſurgit, florem praecocius florentem ſuſtentans, vnum aut duo folia caulem plerumque terminant, petiolis longis inſidentia, quae ex eorundem foliorum ala exeunt, vnde flores. Flos terminalis plurimam partem pentapetalus, ſaepe tamen etiam tetrapetalus, quo tamen in caſu vnum petalum non raro emarginatum aut aliquando profundius fiſſum eſt. Flores autem ramorum ſemper tetrapetali obſeruantur.

Frequens eſt in omni *Sibiria.*

38. *ANEMONE* ſeminibus acutis, foliolis inciſis caule vnifloro, LIN. *h. Cl.* 224. *Sp. pl.* 1. *p* 762. *n.* 15.

Ab *Iaico* ad *Ieniſeam* vsque prouenit, foliis infra purpuraſcentibus, latitudo tamen borealis quinquaginta quatuor gradus ſuperare haud debet. Flores ſupra perpetuo lactei ſunt, infra ad vngues petalorum purpurei, vel et violacei, qui colores ſaepe per totum petalum diffunduntur, interdum venis tantum communicantur, quo in caſu rubente aut violaceo colore ſtriati adparent.

rent. Dantur vero flores, vbi nil prorſus nec rubentis nec violacei coloris vel in vnguibus vel in reliqua petalorum parte conſpicitur. In eodem quoque flore non ſemper omnia petala alieno colore tinguntur, et ſub hoc ſtatu excluduntur ea, quae ſitu interiora ſunt.

Radix et folia huius plantae deleteria vi infamia ſunt, et comedentibus maximas pectoris anguſtias creare dicuntur, quin quod triginta plantae absque radicibus deuoratae hominem non admodum robuſtum iugulent.

39. *ANEMONE* foliis ternatis, ouatis, integris, ſerratis, caule vnifloro, LIN. *Sp. pl.* 762. *n.* 13. *cum Syn.*

In Betuletis ad Tomum occurrit.

40. *ANEMONE* ſeminibus acutis foliolis inciſis, petalis ſubrotundis caule ſubbifloro, ROY *lugd.* 488. LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 762. *n.* 17.

Ranunculus numeroſus luteus, BAVH. *pin.* 178.

Anemonoides lutea interdum monanthos, interdum biflora aut triflora, COMM. *Par.* 1719. *Ind. Ien.* 725.

Ad Ieniſeam fluuium paſſim occurrit et мошикъ dicitur.

41. *ANEMONE* caule vnifloro, inuolucro folioſo, obtuſo, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 763. *n.* 18.

Naſci-

Naſcitur a *Ieniſea* in *transbaicalenſes* regiones vsque.

42. *ANEMONE* floribus vmbellatis, ſeminibus depreſſis oualibus nudis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 763. *n.* 19.

Caryophyllata alpina quinquefolia, BAVH. *pin.* 322.

Anemonoides polyanthos, hirſuta flore albo, ACT. *Par.* 1719. *Ind. Irc.* 321.

Anemone multiflora, ſemine laeui latiſſimo, petalis ſenis, ex rotundo - acutis, HALL. *Helu.* 330.

Ab *Ieniſea* fluuio ad *Angaram* vsque et in *transbaicalenſibus* regionibus quemadmodum et in *Camtſchatca* vbique prouenit in locis quae latitudine boreali quinquaginta quatuor gradibus haud ſuperiora ſunt. Etiam in *Imene* monte *Iſetenſis* prouinciae lecta fuit.

43. *ADONIS* flore dodecapetalo, fructu ouato, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 771. *n.* 3.

Adonis radice perenni, LIN. *H. Cl.* 231.

I. Foliis ex inciſo pinnatis.

ADONIS radice perenni foliis ex inciſo pinnatis, GM. *Inſt.*

A

A *Iaico* ad *Irtim* vsque nafcitur, indeque deficit. Varietas I. ab *Irti* incipit et abhinc in omni vlteriori *Sibiria* prouenit.

44. *RANVNCVLVS* foliis lanceolatis, caule erecto, LIN. *H. Cl.* 228. ROY. *prodr.* 489. LIN. *fuec.* 459. 495. *et Sp. pl.* 1. *p.* 773. *n.* 3.

Ranunculus longifolius paluftris maior, BAVH. *pin.* 180. 2.

A *Iaico* ad *Irtim* vsque nafcitur.

45. *RANVNCVLVS* foliis ouato - lanceolatis, petiolatis, caule declinato, LIN. *H. Cl.* 228. ROY. *prodr.* 489. LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 772. *n.* 1.

I. Pumil foliis linearibus.

Myofuros anguftiffimo folio, e fingulis geniculis radiculas agens, GM. *Obf. in hift. nat.* CIII.

Ranunculus flammeus minor fpergulae folio, BVXB. *CV. App.* 48. *n.* 41.

Ranunculus repens gramineis foliis e fingulis geniculis radices agens, AMM. *Ruth.* 106. T. XIII. *f.* 1.

Ranunculus foliis linearibus caule repente, LIN. *Lapp.* 190. *n.* 236. *Sp. pl.* 1. *p.* 773. *n.* 2.

In omni *Sibiria* naſcitur.

46. *RANVNCVLVS* foliis radicalibus oualibus, petiolatis tridentatis.

Forte ranunculi ſpecies Ind. Ien. 707.

Ranunculus plantaginis folio, foliis partim integris partim apice bifidis vel trifidis, STELL. *Irc.* 384.

Ranunculus paluſtris folio plantaginis luteus, AMM. *Ruth.* 105.

Radix fibris craſſiuſculis albis aucta, folia plantaginis, laete viridia, craſſa, venis longitudinalibus diſtincta, vnciam vnam longa, latitudinis per omnem ſuperficiem aequalis, extremitate trifida, aut omnino integra. Petala octo oblonga, verticaliter ouata, ſecundum longitudinem lineata, lutea, flore nondum aperto interne fuſca. Filamenta vltra triginta. Antherae ouales, ſulcatae, ouaria plurima, cum totidem ſtylis vix lineam dimidiam longis, aliquot infra flexis, in capitulum ouatum collecta.

Naſcitur in *transbaicalenſibus* regionibus ad *enonem* et in campis *Kunkurkinenſibus*, triginta ſtadia a *Barguſinenſi* munimento ad Lacum ſalſum, et ad *Ieniſeam* fluuium in ripa lacus ſalſi *Tuſtu.*

47. *RANVNCVLVS* foliis radicalibus reniformibus, inciſis crenatis, caulinis digitatis linearibus caule

le multifloro, LIN *H. Cl.* 229. ROY. *Lugd.* 490. LIN. *Sp. pl.* 775. *n.* 13.

Ranunculus nemorofus feu fyluaticus folio fubrotundo, BAVH. *pin.* 178.

Ranunculus paluftris apii folio laeuis ib. 180.

Nafcitur in omni *Sibiria.*

48. *RANVNCVLVS* foliis inferioribus palmatis, fummis digitatis, fructibus oblongis. ROY. *Lugd.* 490. LIN. *Hort. Cliff.* 230. HALL. *Helu.* 323. T. LXXXIII. A.

Ranunculus folio rotundo tenuiter diuifo, *Ind. Len.* 197.

49. *RANVNCVLVS* foliis duplicato trifidis, caulibus filiformibus declinatis, GM. *Inft.* T. LXXXIII. B.

Ranunculus folio rotundo tenuiter diuifo repens et tenerior Ind. Len. 197.

I. Idem petalis bifidis et trifidis.

Cefpitibus occurrit, farmentis fuper terram repens in quam tenuiffimae radiculae fibrarum fpecie demittuntur. E fingulis farmentis cauliculus erigitur interdum dodrantalis, tener, hirfutus, foliis veftitus petiolatis, digitatis, glabris, ad exortum foliorum membrana albens, longiufcula et latiufcula, extremitate fubrotunda donata, caule eo in loco, fi terrae propior

 eft

eſt, radiculas in terram demittente, e ſuperioribus foliorum alis pedunculi exeunt, folio rurſus vnico veſtiti, caulinis ſimili. Extremitatem caulis ramorumque flos terminat vnicus, ſat amplus, flauus, petalis quinis, extremitate ſubrotundis, ſplendentibus.

An non eſt varietas alius ſpeciei? ex praecedentibus vel ſequentibus.

In omni *Sibiria* naſcitur.

50. *RANVNCVLVS* foliis ſubroduntis, trilobis, integerrimis. Caule repente, LIN *H. Cliff.* 231. ROY. *Lugd.* 492. LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 781. *n.* 37. T. LXXXIII. C.

Ranunculus paluſtris repens, folio tridento, GM. *Irc.* 314.

Ranunculus hederae folio, paluſtris, puſillus, flore luteo, STELL. *Irc.* 383.

Species haec pro loco natali, in quo legitur, laruam adeo alienam induit, vt nullus mortalium eam agnoſceret, longe enim diuerſa eſt ea, quae in paludibus prouenit, a ſpeciminibus in locis ſiccis vigentibus, hancque icon exhibet.

Caulis geniculatus, geniculis radices aliorum more in terram demittentibus, idem tenerrimus vel glaber vel hirſutus. Folia glabra, viridia vtrinque ſplendentia, venoſa, in tres principes lobos diuiſa, quorum laterales rurſus bifariam diuiduntur, medius indiviſus

visus est aut leuiter saltem in extremitate crenatus. Floris petala lutea. Capitula seminifera, rotundo-depressa.

Nusquam nisi *Ircutiae* occurrit.

51. *RANVNCVLVS* foliis petiolatis, ouatis integris aut varie incisis pedunculis radicatis nudis, GM. *Inst.*

Myosuros minima, folio chelidonii minoris, GM. *Obs. in h. n. CIV.*

Ranunculus repens flore in caule singulari foliis varie sectis, AMM. *Ruth.* 170. *t.* 13. *f.* 2.

Nullus dubito, quin sit varietas pumila speciei alius, neutiquam determinaturus cuiusdam? solent enim Ranunculi plurimi pygmaea variare statura.

Cur AMMANNVS hunc ranunculum repentem fecerit, diuinare nequeo, quae ego vidi specimina, erecta omnia sunt.

In *transbaicalensibus* regionibus abunde nascitur.

52. *RANVNCVLVS* seminibus aculeatis, foliis superioribus decompositis linearibus, LIN. *H. Cl.* 229. ROY. *Lugd.* 491. LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 581. *n.* 31.

Ranunculus aruensis echinatus, BAVH. *pin.* 179.

Non nisi ad *Ieniseam* fluuium habitat.

53. *RANVNCVLVS* calycibus patulis, pedunculis teretibus, foliis tripartito-multifidis summis linearibus, LIN. *fl. suec.* 466. 507. *et Sp. pl.* 1. *p.* 779. *n.* 28.

Ranunculus pratensis, erectus, acris, BAVH. *pin.* 178.

Ranunculus foliis peltatis, quinquangularibus, multipartitis, laciniis linearibus, caule multifloro, LIN. *H. Cl.* 231. ROY. *Lugd.* 492.

I. Idem humilior.

In omni *Sibiria* nascitur.

54. *RANVNCVLVS* calycibus patulis sulcatis, sarmentis repentibus, foliis compositis, LIN. *fl. suec.* 467. *Sp. pl.* 1. 779. *n.* 26.

Ranunculus pratensis repens hirsutus, BAVH. *pin.* 779.

I. Idem folio breuiore et latius diuiso.

Viticulis repit viridibus et rubentibus, aut vtroque colore variis. Folia composita atro-viridia, inferne aliquantum pallidiora, ad oras nonnunquam fusca. Ad exortum eorum membranae duae albae, oblongae. Pedunculi ex foliorum alis sulcati, incurui. Flos speciosissimus flauus, licet enim petalis tantum interdum quinis componatur, multo tamen frequentius ad tredecim vsque et plures obseruantur. Petala illa extremitate sua rotunda sunt et non nihil emarginata aut distorta, in

in ſingulorum autem baſi breuis adpendix, quaſi cordi formis, videre eſt, vngues eorum pallidiores, nec ſplendentes.

Var I. ſupra oſtium fluuii *Tunguſeae* ſuperioris ad *Kraſnoiariam* vrbem frequentiſſima eſt.

Ceterum haec planta in omni *Sibiria* loca humiliora amat aquis irrigata, arenoſa.

55. *RANVNCVLVS* foliis ſubmerſis, capillaceis, emerſis, ſubpeltatis, LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 781. *n.* 38.

Ranunculus aquaticus folio ſubrotundo, et capillaceo, BAVH. *pin.* 160.

In aquis pigris et fluentibus cum omnibus varietatibus ad *Ieniſeam* et *Manam* fluuium vt et in omni *Sibiria* naſcitur.

56. *SAGITTARIA* foliis ſagittatis acutis, ROY. *Lugd.* 493. HALL. *Helu.* 300. LIN. *Sp. pl.* 1. *p.* 1410. *Cum ſyn.*

Ab Irti fluuio In *Camtſchatcam* vsque frequenter naſcitur.



INDEX.

INDEX.

GENERVM ET SYNONYMORVM.

Cheli-



INDEX II.

INDEX II.

RERVM NOMINVMQVE PLANTARVM RVTHENICORVM.

Kopi-


Addenda et corrigenda.

Pag. 7. lin. 7. cirthis. leg. cirrhis. p. 10. l. 8. Roy. leg. Rai p. 47. l. 24. post. XXIV. adde Fig. A, p. 83. l. 13. del. 114. adde. Fig. 2. p. 178. l. vlt. Flo. leg. flor. p. 206. lin. 14. add. Tab. LXXXIV.






Tab. II.



Tab. III.




Tab. IV.



Tab. VI.

Fig. 1.



Fig. 2.

Tab. VII.




a
b



Tab. XII.
















a




a
b
c

Tab. XXIII.





Fig. A.



Tab. XXII.



Tab. XXV.


Fig. 2.


Fig. 1.





Tab. XXIX.

Tab. XXX.





Tab. XXXII.






a
b
c
d
e






Tab. XXXVII.



Tab. XXXVIII.

Fig. 1.




Tab. XXXIX.





Tab. XLI





Tab. XLIII.





Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 3.


Fig. 4.



Tab. XLVI.





Tab. XLVII.







